



Piorum poe?matum libri duo, quorum catalogus versa pagella explicatur.

<https://hdl.handle.net/1874/456640>

4

PIORVM POË-
MATVM LIBRI

DVO,

Quorum catalogus versa pagella
explicatur.

Auctorg

NICOLA O GRVDIO NICOLAIO
EQ. PHILIPPI Hispaniarum &c.
Regis Consiliario, Illustrisque Ordi-
nis Velleris Aurei Graphiario.

SCRV-

TAMINI.



ANTVERPIÆ,

Ex officina Gulielmi Silvij, Typographi
Regij. M. D. L X V I.

CVM PRIVILEGIO AD ANNOS VI.

CATALOGVS PIORVM
POEMATVM.

Liber primus habet:

Ad Orationem Dominicam Meditationes, Heroica
periphrasi diffusè tractatas.
Eiusdem Orationis Dominicæ paraphrasim contractio
rem, versibus Iambicis.

Liber secundus habet:

Ad Psalmos septem illos, qui poenitentiales nominantur,
prosodias heroicas totidem.
Exomologesim heroicam unam.
Exomologesim Iambicam unam.
Hymnum unum heroicum, Divæ virginis Matri dictum
anno 1533. in monte Serrato, qui est in Gotholanis
Hispaniæ.

Epigrammata quædam varij generis, ad pietatē faciētia.
Epistolam Heroicam unam, ad Reuerendum Patrem,
Marcum Hieronymum Vidam Cremonensem, Albę
Episcopum.

Quibus pro corollario subiunximus Epistolam unam
Marci Hieronymi Vidæ, ad Honoratum Ianum Va
lentinum; cum epigrammate, cuius in ea fit mentio.
Duas item epistolas Nicolai Grudij ad ipsum Vidam.

IL-

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI, REVEREN-
DISSIMO QVE P R E-
suli Leodiensium, Duci Bullonensi, Mar-
chioni Francimontensi, Comiti Loffen-
si, &c. D. GERARDO A GROISBEKE;
Nicolaus Grudius Nicolaïus s. d.



V & per secundæ superioris
Quadragesimæ dies, ut minus
inertes mihi atque in fructuou-
si laberentur, ad Orationem
Dominicam (non inconsul-
tis orthodoxorum sententijs) meditatus, in
versus contuli; ubi, præter variam diuina-
rum naturaliumque rerum tractationem,
non pauca sunt, quæ ad historiam cum an-
terioris ètatis, tum huius etiā temporis per-
tineant; ea tibi, Princeps Præfulque excel-
lentissime, exhibenda censui: cum vt in
cuius illa ditione nata essent, ei vel otij mei,
vel negotij ratio constaret; tum vt ea tibi
existimanda præiudicandaque subijcerem:
à quo deinde si improbata essent, sempiter-
nisti tenebris obruerentur; sin approbata, pro-
dirent ad alios, audaciora tati momenti cal-
culo facta; neque ignara quam magno fese

Mecōnate à malignorū hominū morti-
bus tueri possent. Neque vero nescibam,
quantoperè tu omnibus omnium honestis
studijs, maximē autem pijs exercitationib⁹
(ipse doctus nimirum, ac pius) semper fueris
delectatus. Simul etiam reputabam, me nō
leuiter fuisse peccaturum, si, quo tempore
nouam & Principatus & Episcopalis mune-
ris dignitatum accessionem, post huius am-
plissimæ Reip. procurationem diu summa-
cum laude summisque laboribus obitam,
non obscuro Dei munere delatarum, omnes
vt tibi certatim congratulantes munera
sua tanquam animorum testes offerrent, nō
ipse quoque in cōmuni omnium lēticia, spe-
cimine aliquo seu voluntatis siue sedulita-
tis erga te m̄cæ, nihilo remissius gaudere me
quām ceteros, essem contestatus. Utinam
verò quidquid hīc est operæ purgatissimis
istis anribus aliquo nomine placui! e senti-
am! Id enim mihi vt non tenui fuerit vel so-
latio, vel honori; sic ad alia fortassis auden-
da, calcar quasi quoddā minimē obtusum
admouerit: tantum abfuerit vt verendum
esse mihi sim existimaturus, ne tibi mitum
videatur, quod homo Iurisprudeti⁹ studio-
sus (qua⁹ mea est ab adolescentia professio)
Theologicę rem functionis, hoc est sacram
profanus

profanus , tentare non formidauerim : præ-
 fertim quum hanc ipsam precandi methodū
 vt omnibus omnino hominibus præscrip-
 sit auctor ipse Christus Iesus , Vniuersorum
 Dominus atque vnius magister ; sic vim eius
 atque energiam latissimè patentem , aut po-
 tius infinitam excutere penitus (vt caique
 facultas datur) vsque adeo nullus interdixit
 mortalium , vt per votum eximum suum ,
 sancto suo Spiritu suggestore , beatum pro-
 nunciare non dubitauerit , quicunque in
 eius lege per diem noctemque meditaretur ,
 vt mihi quoque concessum arbitriari libeat :
 in huiusmodi quidem rebus , ad vniuersos
 indiscriminatim pertinentibus , humiliter
 dumtaxat , ac sobrie , neque extra sanctę ma-
 tris Ecclesiæ consensum , (quem vnum nobis
 scopum vbiique fuisse propositum libenter
 profitemur , atque testamur) ac per indubita-
 ta veterum vestigia gradienti versari . Illud
 porrò non arbitror excusandū apud te qui-
 dem esse , quod argumentum sacrum nume-
 ris astringere poëticis , quām oratione soluta-
 tractare maluerim : quando & prioribus se-
 culis idem est à quibusdam non solum im-
 pune , sed etiam feliciter tentatum ; & id no-
 stra ètate clarissimi quidam homines , com-
 munij totius Christiani theatri applausu fa-

& titarunt: atque inter primos Actius Since-
rus Sannazarius ex nobili vetere familia, &
Reuerédu Albe Ligustic Episcopus, Mar-
cus ille Hieronymus Vida Cremonensis, cu-
ius in Tridentina nuper Synodo magna at-
que illustris laus & pietatis & eruditio-
nis nomine fuit. Quos ego summos Viros, duo
nostri seculi eximia, & antiquis æquiparan-
da decora, sicuti nunquā nisi honoris cauſa
nominare soleo, sic imitandoſ esse mihi iu-
dicaui: neque verò id tantum vtriusque per-
motus exemplo, verū etiam amantissima
alterius hortatione vel prouocatus, vel certè
confirmatus; quum annis abhinc plus minus
x̄decim, hymnos ad me de rebus diuinis
fuos, in Belgium nostrū, ab ipsa usque Alba
sua muneri transmitteret. Nam si qui forte
funt uspiam (quod equidem mihi vix per-
suadeo) tam nullo lepore, tam nulla peritia,
nulloque iudicio Momi, vt poëmata vni-
uersim omnia, tanquam vana quæpiam mé-
tium ludibria, neque pietati sat consentanea
aspernāda putent; eos equidem, vt iudices
huic disceptandæ cauſe inidoneos, non in-
iuria reiecero: quos præsertim sciam erudi-
tioni atque humanitati insigni tuæ tam im-
portunam barbariem suā nunquā esse pro-
baturos; quippe quū in ipsis adeò sacris volu-
mini-

3

minibus non pauca, velut Psalmos, atque
Hymnos, & Ieremiæ lamentationes, tu etia
Hiobi historiæ multo maximâ parté (quod
Diuus annotauit Hieronymus) versibus cō-
stare apud Hebræos nō ignores. Ut interim
non dicam, permultos Prudentij, quosdam
etiam vel Diui Thomæ Aquinatis, vel Diui
Bonaventuræ, siue versus, siue rhytmos, in
ipsis templis, non sine iusta veneratione cā-
tari: tum etiam, ante annos non ita multos,
Zacharię cuiusdam presbyteri carmina ab
summo Pōtifice dignata fuisse peculiari di-
plomate, vt inter sacra cani publicè liceret.
Hac si qui minus probat, non satis aptos esse
iudices dico; qui probant, ne nobis quidem
iniqui debet esse, si, de quibus rebus piè sen-
tire concessit Dei Spiritus, eas res aliqua cū
dignitate eloqui, atque Heroicis numeris
quasi attollere, ad diuini nominis gloriam,
pro nostro modulo studemus: maximè quū
hac scriptio[n]is ratio eò quoque pertinere
possit, vt literatus lector, certè poëtices a-
mātor, etiam si pietatem quidem ipse spōte
sua non querat, illecebra tamen quadā car-
minis inuitatus, inescatusque, pietate ipsa
tandem neque inutiliter neque leuiter im-
buatur. Cui nostro desiderio, præcipuo[que]
voto annuat diuina bonitas: quò fructum

6

aliquem apud homines nostri etiam laboris
extitisse lētari possimus . Tu vero Princeps , atque Antistes optime , qualemque
tādem est hoc munusculū , quod tibi peculi-
ariter dedicamus , serena fronte suscepū bo-
ni cōsulito : neque quid ego p̄estiterim , sed
quid conatus fuerim existimato . Adiecum
alia quedā auctarij vice ; partim olim , partim
nuper , simili nobis in genere , pioque animo
conscripta : quorū alia non temel typis ex-
cusa sunt ac pernulgata ; alia nunc primū
sub hominum ocelos prodeūt , quē iudicio
tuo exactissimo probari vniuersa vehemēter
optarim . Nam quae nos alia profanis argu-
mentis iuniores scripsimus , nequaquam tibi
mittere ausi fuimus , quod auribus religiosis
non perinde digna iudicauerimus . Deus
Opt . Max . te Princeps ac P̄esul amplissime ,
felicem atque florētem , tum ipsi tibi , cla-
rissimęque & verustissimę domui tuę , tum
populis quibus hodierno die Rector atque
Episcopus electus es , quam diutissimę con-
seruet . Leodij , tertio Idus Aprilis . Anno
Domini M . D . L X I I I .

Mat .

Matthæi cap. sexto, Iuxta communem
translationem.

Sic ergo vos orabitis. Pater noster qui es in celis, Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo, & in terra. Panem nostrum superfluentiam da nobis hodie. Et dimittit debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem. Sed libera nos a malo. Amen.

Lucæ undecimo cap.

Quum oratis, dicite: Pater, Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. * Fiat voluntas tua. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimittit debita nostra: si quidem & nos dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in temptationem.

Adduntur in Græcis exemplaribus apud Matthæum,
ante Amen, hæc verba: Quia tuum est regnum, & po-
tentia, & gloria in secula.

A S , AD

AD ORATIONEM DOMI-
NICAM MEDITATIONES
HEROICA PERIPHRASE
DIFFUSE TRACTATÆ.

Esco procul viles curæ, apudcul ambigua spes;
Nil nisi diuinum, nostro te subiice cordi:
Nilque meis, nisi sanctu, oculis, nil aurib,
Dū subeo pia tēpla Dei: quò cernuus unū (offer,
Toto animo, totaque unum cum mente volutem;
Unius auxilium suspirans pectore toto.
Adsis mecum huc comites, queis Spiritus almus
Corda mouens intus tacitæ cum murmure vocis
Educit gemitus, animos ciet, & bonus ultro
Sufficit audaces in sancta precamina vires;
Artificis summi laudes memoremus ut hymnis.
En, præo: Vos certatim accinitote canenti,
Atque alacres animis omnes linguisque fauete;
Immensum & mecum nume celebrate volentes;
Coniunctis & opem communem poscite votis.
Ligata in primis moderator & arbiter ora
Adsis, o, Groissece; pioque assiste labori.
Tu nostra rege vela ratis; tu dirige cursus:
Tu segnes hortare fauens sublimibus orsis:
Te sine nil quando sacrum molimur, & aris,
Quas tutare, suos cantu meditamur honores;
Auspiciisque tuis facimus commercia calo.
Salve, o, magne parés, rerūque eterna propago.
Magne

Pater.

LIBER PRIMVS

9

Noster.

Magne pares hominū generis; seruator; & altor: Exors principij princeps, & limitis exors: Omnia qui compleas aque; sed degere calo Diceris, illustre es quoniam & caliginis expers Ipse iubar, nil facis habens; ast aethere puro Purior; ac celsis longè sublimior astris Arce sedes rerum; tutus, liberque malorum: Desuper & spectans hominum miserare labores: Ac placido inuisus tranquillas omnia vultu; Suppositum irradians miris splendoribus orbem. Sic tamen à nobis ut non te diuidat aether, Non mare, non via, non montes, nō inuia tēsqua: Nāque prope es; quaque ipse labātia sidera fulcis Aethereamque domū, moderaris terrea dextra. Utque regis sursum, cohibus sic cuncta deorsum, Omnia circumstans; nec re distenderis illa. Cuncta tenes simul ipse, simul te nil tenet usquā: Sic nā cuncta tenes, superes ut cuncta; supremus Sic es, ut idem etiam sis infimus; ac simul intus, Extra ut sis etiam; penetras sic singula, ut idem Parte super cunctis maneas diffusus in omni: (ullo; Quin potius nusquā es, spacio qui haud clauderis Nusquā non tamē es, spacio qui excludere nullo. Ast tibi præcipue, quæ noxam exuta nefandam Se tibi fidenter totam dicat, atque resignat, Actua iussa facit, sedes gratissima mens est: Nimirum aethereo mens iam contermina calo, Quò spirat tantum, & conatus destinat omnes.

In-

Sanctifi-
cetur

Nomen

Tuum.

Increbescat bonus terra tuus omnibus oris;
 Omnia clarescat magnum per secula nomen;
 Mirandum, o, nomen superis; & amabile terris;
 Nomen honorandū menti, immemorabile linguis;
 Sanctus Amor, Bonitas, Sapientia, Fama, Potestas,
 Mansuetudo, Vigor, Miseratio, Gloria, Virtus,
 Auxiliū, Doctrina, Fauor, Via, Gratia, Robur,
 Præsidiumque, Fidesque, & Pax, & Copiarerū,
 Forma, Decor, Motus, Requies, Dulcedo, Vo-
 luptas,
 Iustitia, atque Aequum, Lex, Rex, Dominus-
 que, Deusque,
 Vita, Salus, Lux, Fons nullo de fonte perennis,
 Sol oriens semper, nullaque ab origine Origo,
 Plena tui semper, nullo & vacuabilis auro;
 Principium sine principio; Finis, sine fine;
 A quo principium cunctis, finisque creatis.
 Denique, nos de te quidquid, Pater optime, recte
 Eloquimur, de te quidquid mens pura recenset.
 Quidquid & afflictis fas est nos pascere rebus,
 Nomen id ēne tuū est: ēne est pro nomine munus.
 Hoc nomen (nulli quod fas tribuisse creato,
 Nēpetuū) volucet chorus, & gēs omnis Olympi
 Carmine concelebrent festo, & venerāter adorēt:
 Impiaque hoc trepidē detrusi in tartara manes;
 Et qua perpetuō manes affligit Erinnys:
 Hoc hominū vox una sonet: sonet hoc simul ēnis
 Tensa fides; plectra hoc, hoc sistra, hoc cymbala
 ahena,

Ran-

Ruicisoneque tuba, hoc bifori cauatibia cantu,
Cornuaque ingeminant numeris concordibus; al-
ta hoc
Responsent delubra; & letis plausibus aether.
Sed, quæ digna tuas sit vox attollere laudor
Quemē cōcipiat tua munera? quas tibi grates,
Summe opifex rerum, donis pro talibus unquam,
Quos titulos, aut quos grati referamus honores?
Tanta'ne mortali est ulli concessa facultas?
Cumq[ue] loqui prohibent, & muta silentia suadent.
Majestas dici ipsa negat, consuetatimeri.
At neque vocis eges nec laudis, Maxime, nostre:
Quandoquidē, dū te in temet plenissimus ambis,
Ipso te frueris perfecta laude per eum:
Nec dolor ullus habet, si non laudere; nec ulli
Accedunt titulis, si te laudemus, honores:
Haud etenī quò crescat habet tua gloria; nec, qui
Maximus aeternū es, sis ullo tempore maior.
Quid? quod torpor iners lumen rationis inūbrās
Auertit vero, ignaros nostrique, tuique;
Nilqueat aethercum mens ut velata tueri?
Parte alia, infande conterrent pectora culpa;
Offensique vetant sedes spectare Parentis.
Nā, simul atque animos subiit, qua stirpe creati
Quam procul excidimus; dubio stupet agrame-
rumens
Expendens poenas: sanguis præcordia tentat
Intimæ; & extremos gelid' tremor occupat artus:
Ipse

Ipsa riget terrore coma; & vox faucibus heret.
 Tu tamen hos nostris Pater eximis alme timores
 Pectoribus: quibus & das usum nominis huius,
 Das animos: afflasque paterni numinis Aura:
 Ut, si verba aberint, te pectore suspiremus.
 At non verba aberunt; quoniam laxare tuorum
 Ora pius, linguasque potes soluisse reuinetas.
 Solue tuas ergo in laudes: ad cetera stringe:
 Quid quis enim te non loquitur, mendacia fundit.
 Pectora tu, tu labra moue: tu cœpta secunda:
 Nec, tibi quem iuncti nūc fundimus oris honorē.
 Auersare bonus; neu, qua das, carmina temne.
 Sit fas esse pijs; fas compellare parentem (nis;
 Qui vocat, & patulis quotquot vocat excipit ul-
 Exceptosq; fouet, nutrit, docet, erudit, ornat;
 Auertitque malis; lapsantes fulcit; & agros
 Persanat; stabilitque gradus, firmosque ruetur;
 Usque nouis cumulans donis, & honoribus augēs;
 Scilicet, hoc est esse patrem; hoc est esse magistrū.
 Ah, pudeat quicunque sibi tellure parentem,
 Seu quem vita tenet, seu cassum lumine vita
 Nuncupat; & cœli transcritbit munera terris.
 Ah, pudeat, quicunque procax nomen' ue pareatis
 Vendicat, aut artes vanas, titulos ue magistri.
 Nos tibi, nos uni tibi nominis huius honorem
 Sacramus: tibi nos, genitor, prosternimur uni,
 Seu lucente die, seu triste migrantibus umbris;
 Gaudentes solidae partem decerpere nocti. SINE

Siue etiam sera laxamus membra quieti,
 Seu redeunte graues cum Sole attollimus artus,
 Omnibus usque locis, alacres, matresque, virique,
 Impubesque chorus puerum, innuptaque puellae,
 Ad tua sublimes tendentes sidera vulnus,
 Cumque oculis & voce manus, mentesque feretes
 Te canimus: tibi thura damus; tibi sternimus aras:
 Templaque marmoreis ornamus fulcta columnis.
 Hic tibi conuentus agimus; cœtusque dicamus:
 Hic tibi clara tui celebramus funera Nati;
 Farracoronatis libantes mystica mensis,
 Vinaque in effusum cedentia ritè cruorem;
 Antiqui memores facti, parteque salutis;
 Iussa facientes tantarum in munere laudum.
 At sacra circundant libamina mille ministri
 Aligeri, quibus est custodia credita nostri:
 Nobiscumque simul tua maxima facta latentes
 Alternant, o, sancte parens. Ut pondera magna
 Libraris terræ, ac gemino suspenderis axe.
 Tum, circumfusi fluit antia marmorata ponti,
 Horris sonasque iras, & non placabile regnum;
 Atque suo cælum amplexu quod cuncta coërcet,
 Seminibus ducta è nullis. Ut, sidera cursu
 Ire nouo, & tremulis radiantes ignibus orbes
 Iusseris; & rapidi tot torta volumina celi
 Usque datas iterare vices, varieque rotari:
 Vnde orbis nova sunt tunc Tempora nata recenti;
 Et variant rerum euentus, seriesque futuri.

Utque

Vtque diem nocti secreueris. vti sua Solis
 Orbita, & ambigua sua cesserit orbita Luna:
 Ille vt luce diem lustraret perdius aurea;
 Hæc vt noctis honos, meriti pro fidere fratris;
 Duceret obtusis humentia lumina flammis,
 Acceptumque iubar non inuidæ funderet orbi.
 Utque quater sene paribus per inane sorores
 Curribus in gyro volitarint Temporis Hora,
 Atque per obliqui duodena voluminis astra
 Reptarint lucem rutilam, furuasque tenebrat.
 Imperioque tuo ut varijs animantia formis,
 Ediderint subito, fecundaque seminarerum
 Syluicomans tellus, ær vagus, equoris unda:
 Scilicet humane (quam post tot millia rerum,
 Cui dominam, atque tui magnum ipsius instar
 habentem,
 Hinc ductam limo, hinc aura etheris inspirata,
 Postremam exuleras) solatia dulcia genti;
 Felici nimium genti, numimumque beata,
 Ni tua (quis teneat lacrymas:) praecpta refutat
 Primus uterque parens populi incrementi futuri
 Luctiferos vetita gustasset ab arbore fatus.
 Ah, miseri, incantas, ah, que dementia mentis
 Incessit, letum vobis generique pacisci
 Viperio afflatu, funesti & iabe veneni?
 Nulla queat sceleris labem delere vetustas.
 At tu, sancte pater, miserans incommoda nostris
 Vnigenam calo Natum demittis ab alto,
Aequo

Equum, eternū, & tecum per secula manentē;
 Virginis ut puram intemeratē illapsus in alium,
 In solito conceptu afflantis de super Aurā,
 Indueret fragiles moribundis corporis artus,
 Insens primigenūm luiturus facta parentum;
 Damnamque necem nece cōdemnandus acerba,
 Qua genus humanum calo adderet ipse negato,
 Pro terra exsilio, atque amissis suauibus hortis.
 Ille igitur nostros subiturus sponte labores,
 Labitur aethereis aula fulgentis ab astris:
 Natus & hanc villa genitricis labe sub auras,
 Vagitu querulo, tristique mapalia fletu
 Impletus puer, humana primordia vita,
 Horrenti tenerum suffulctus corpus arista.
 Idem etiā peragrans humili sub imagine terras,
 Mortali sub carne Deum; sub corpore Verbum,
 Verbum ē mente tua (vis unde, & copia fandi,
 Doctrinæq; fides, pulchrique potentia veri)
 Oblitos cœli, & certarationis inanes,
 (Dum captos unimos dictis castigat amicis,
 Dum mouet exēplo, ærūnasq; & dæmonas arcet,
 Ac functos renocat sublate ad munia vita.)
 Edocuit tua scita, Pater; monitosque reuerti
 Eripuit miserans nocti, in lucemque vocavit.
 Donec, post duros vitaque, obitusque labores,
 Vitristes sine luce domos atque antra reclusit,
 Vitalis reducem propria vi lucis ad oras,
 Prostrata Morte, ac spolijs hostilibus audum

Montis oliuiferi sustollit à vertice summo
 Stelligerique super labentem culmina cali
 Ascensu propero, & iam iam supera alta tenet
 Undeni videre Patres, & fida iuuentus,
 Videntem longè gratanti voce sequunt,
 Subier littore a recinunt dum carmina rupe.
 Unde rueda dies est ultra in nocte sepultis,
 Unae relata salus miseris, & redditia vita est,
 Te tribuente, Pater; sic nos in pristina redditio
 Eductos merito aeterni discrimine leti.
 O, amor, o, pietas, & inenarrabile munus,
 O, patris aeterni aeterna & miranda voluntas,
 Nostræ dans Nati funus crudele saluti!
 O, amor, o, pietas, & inenarrabile munus,
 O, Nati aeterni aeterna & miranda voluntas,
 Res hominū miserans, alta qui lapsus ab astra
 Antiqui patris ipse sua nece facta piauit,
 Concilians genus infenso mortale parenti:
 Dominis ac proprij qui non praconia pulsis
 Hostibus, aut patrij iniudit consortia regni!
 Ergo, nostra tui Nati mors. mortua morte
 Concidit? ergoredux reduces secum ille reduxit
 In vitam? & secum superas subuexit ad arcas,
 Ponè ducis tanti vestigia certa prementes;
 Quæ sit fraudi iniusta denota libido;
 Nec mente insidat prorsū immedicabilis error?
 Interea tamen, alme pater, tua maxima dona,
 Exiguo è numero tot magni è partibus orbis,
 Crimine purgatos tu quos vitalibus undis

Adueniat
 regnum
 tuum.

Nato.

Naturum ascisti in nomen, regnoque dicasti,
 (Si tuas sancta modo faciant mandata volentes)
 Quām rari, & puro lustrati lumine celi
 Agnoscent, memores indulta fortis ab alto!
 Aut quotus, hos inter, noto promunere grates
 Multiplici tibi quisque refert? quis credita factis
 Astruit? & grato stabilit sua gaudia cultu?
 Quis dominum, celi, terrae, peligique potentem,
 Quis regem aeternum digno veneratur honore?
 Illius aut dias formidat rumpere leges?
 Aut pauet iratæ rutilantia fulmina dextræ?
 Quis non, heu, potius per crimina tetra volutus
 Temnit adoptinium sceptri decus? atque parentis
 (Ipse quidē quācūque potest) deturpat honores?
 An memorem, ut vere pietatis imagine falsa
 Obuelante oculos, nil mentibus utilis agris
 Vana Supersticio tacitis irrepscrit ausis?
 Ecce aliquis Solis ue iubar, Lunam' ue micātem,
 Aut cepas, formam' ue bouis, rubicundā ue texta,
 Semiuirū ue canē, volucrem' ue, ferū ue draconē,
 Saxeque poscit opem, veluti sit sensus in illis;
 Accuruisque litat; nequidquam numina fingens
 Ipse sibi; gaudetque deis seruisse creatis.
 Atque alius magicas amens accingitur artes;
 Presidiumque hostile petit, te patre relicto.
 Consultit ast alius tanquam imperitania nobis
 Sidera; & ignotis audet confidere signis.
 Namque alius figit ue rotas in virgine cera;

Lucifugæ aut volucris cōscriptā sanguine chartā
 Nectit, abortiuæ debens tutamina pelli.
 Heu, vacuas mētes nequidquā, atque indigalucis
 Corda hōim! miseris, eheu, quāta incubat umbra!
 Desertū, hei, quātas genitorē armatis in iras!
Quid referam, qui parte alia (ni fida tuorum
 Cura ministrorum cōceptis audacibus obſeruit
 Praeclarā inducāt sacrūm monimēta parentum;
 Sternentes antiquam à culmine Religionem;
 Religionē nouā at nulla virtute superbi?
 Dum sanctas reprobant leges, & sacra retrahunt
Quæ primi coluere duces, omnisque vetustas
 Bissemūm relegens vestigia nota virorum,
Quos tuus ex numero Naturæ sibi legerat omni
 Consortes operum, audiret quos ultimus orbis;
 Indubitat nefas quorum neq; credere dictis?
 Ille iacit diras sacrata ad culmina flammæ;
 Ille pias rapit effigies, simulachra que diuinum
 Indigetum celi, tua qui quod iussa sequunt
 Per terras sedes meruerunt aetheris alti
 Incolere, & famam in populis, nomenque tenerit.
Quādoquidē quia te, Pater, hi coluere, per illos,
 Inque illis te te colimus: te laudib; unum
 Dignantes, concessum illis memoramus honorem.
 Felices soci, rauca quos legit in acta
 Linquere rex superūm mādas cū retibus hamo;
 Saluete aetherei heroes, memoranda per aium
 Nomina: Vos Domino assidui, partaque quieti
 Secuti,

Securi, & nostros sueti adiutare labores,
 (Quae vobis cura usq; manet) quū summa labāti
 Lux aderit mundo, præcelsis sedibus omnes
 Subnixi, vitas hominum, & mortalia facta
 Quarentes, atris sōntes damnabitis umbris.
 Quique olim immeritis vitam eripuerē furentes.
 Demissi vestra trepidabunt ora tyranni
 Aspicere; & frustra defigent lumina terræ.
 Et quisquam nullo vos nunc veneretur honore?
 Virtutemque Dei in vobis miratus adoret?
 Quid dicam, qui sanctificis inuergier undis,
 Lustrarique tibi paruorum corpora fonte,
 Eluere & prima prohibent contagia culpæ?
 Quid tempisse pios actus queis ludus? inane
 Fidere queis est una salus? renuuntque fateri
 Quantū opus est tātam esse fidem: calūq; mereri,
 Du nostros, Pater alme, probās miserare labores,
 Atque bonus quea iussa moues ijs præmia pendis?
 Quique negant functos viua prece possè iuuari?
 Felicesque obito purgari à funcre manes?
 Quid? qui agros oleo rident labente perungi?
 Apriscis qui ritus auis defluxit; & ad nos,
 Per patres, serie haud interpellante nepotum,
 Prodiit? An referam, qui gaudia festa perosi,
 Immunes operum probris immitibus urgenter?
 Quique omnem temerant more, ritusque piorū?
 Iamque adeò vexant voces, queis, nocte suprema,
 Solatus socios, abituri morte magistri

Marentes, animosque & tristia pectora mulcens
 Christus, obumbrantis velatum tegmine crux
 Se tribuit vescendum, eterni pignus amoris:
Mostrauitque viam fideter amantibus ipsum,
 Accitus qua sponte pio cum murmure ad aram,
 Ipse sua tacite quos carne & sanguine pascit
 Nos vegetans (o mirus amor!) sibi, se quoq; nobis
 Misceat; ut secum patri nos offerat unos,
 Victimata grata idem patri, gratusque sacerdos.
 Si celū est, ubique pater, neq; clauditur astris
 Filie suis; Natumque patri per mutua nexum,
 Harentem & patria sua per commercia dextræ
 Dulcis amorisflue constringit Spiritus aure,
 Tun' Natum te posse putres excludere terris,
 Patre sine? aut te fidereis includere septis
 Diuinam carnem: ne(quamuis una eademque
Quæ fuit ante manens, ac cœli in parte residens)
 Fœcunda species sustentans impletat esca,
Quilibet: utque liber: terrarū & quot libet oris?
 Diuinam carnem: nulli quæ subdita sorti est,
 Peruias cunctis, nullis obnoxia rebus,
 Dum sua diuina & virtus & gloria vestit?
Quis furor, o miseri? quæ tanta insanias leges
 Factori dare velle suo? aut sibi querere causas
 Occultas, sancta in nebula & caligine lucis,
Quo penetrat mēs nulla oculis mortalib⁹ unquam?
 Judicium est ubi sola fides? modus ipse potestas
 Est ubi sola: nec est finis rationis egenus

Hum.

Humanæ sit velle satis, cui velle potestas.
 Si potuit Verbo liquidum fluxisse profundum,
 Diductoque recens tellus extare profundo;
 Stellantesque poli, & conspersum lumine cælum
 Implicitans radijs radios atque ignibus ignes
 Ad nutum emicuisse Dei; æthereaque repente
 Infessisse plagæ; & certos didicisse meatus:
 Si Senis ardentes respectans immemor Vrbes
 Exemplò in saxum potuit riguisse marita:
 Memphisq; ante ora Duci si corniger heros
 Flexibilem in colubrū potuit conuertere virginam
 Arentem penitus, nulloque humore madorem,
 Mox alios rabido qui morsu absumeret angues;
 Isque in idem rursus potuit durescere lignum:
 Quo matilatices si in teturum abière cruorem:
 Sicca silex ramo hoc si quondam tacta potente
 Delicuit, limphasque undantes plurima fudit:
 Ipse etiam pontus rude si percussus eadem
 Preruptæ in faciem cautis stetit altus, & unda
 Indurata viam dedit, ac nisi iussa refluxit:
 Si, quod aquæ fuerant, vidi mirata nitentes
 Per pateras spumare merum Galileia Canna:
 Non queat ipse suo immotus se educere calo
 Cunctipotens auctor? vesique in imagine libi
 Colligere? & quali placuit nos pascere vultus?
 Ne vero, ne importunas attollite mentes.
 Parcite mortales tenebrosi, parcite porro
 Velle poli arcano infirmos committere sensus.
 Nostra adeò veri ignara grauitate premuntur

Pectora: letalique gelu præcordia torpent:
 Hic acies obtusa omnis; penetrabile lumen
 Hic nulli: nostris locus est nec sensibus ullius:
 Nec ratione quidem satis est rationis in ipsa:
 Obsistit tenebris nox plurima circumfusis;
 Pectora ne cernant puram mortalia lucem;
 Neu penetrrent superi decus admirabile Regis.
 Discere non hac fas positis tellure; nec extra
 Nosse Deum quæcunque Dei. qua vix satis ipsis
 Crediderim æthereis unquā explorāda ministris.
 Diuinis sat sola fides. contendere noxa est.
 Fixius ac velut inspecto de lumine Solis
 Caligans glaucedo oculis sic haret; ut umbra
 Commaculent longum tristī conspecta colore:
 Qualiter & summas Austri crissantiibus undas
 Flatibus, haud datur illustris sola ad infimalim-
 Demersos radios ecclorū inferre liquētes; (pha
 Ac vada depresso proprius cognoscere fundi:
 Sic quicunque Dei retrusa inquirit in acta,
 Cacatam opprimitur mentem fulgoribus atris:
 Deperit & nimis ardenti certamine verum.
 Nec fileam, genitor, tantū quoque secula nostra
 Spectauisse nefas, ut quis sibi poscere frānos
 Terrarum fathonitisque nouum ius dicere regnis
 Suderet, spredo imperio quod tute sacrasti.
 Horruit insano Germania magna tumultu;
 Insuetosque feris agrestes induit armis.
 Nuper, inhumano desolans milite campos. Frugi-

Frugiferi diris luxerunt ignibus agri;
 Agris inque suis cæsi puruere coloni:
 Orbaque fugerunt complexæ pignora matres.
 Hinc Albi maduit confinis sanguine tellus:
 Nec satis hos potuit Cæsar componere motus
 Carolus, ipse tibi charus licet, acer & armis.
 Nunc ardet latè ciuili Gallia bello,
 Ultrix ipsa sui; propriosque incurrit in enses;
 Antiquos hic dum ritus nouat, ille tuetur;
 Dum genti dubia hic figit legem; illerefigit,
 Illudens teneri in Regis crudeliter annis.
 Quid querar Arctoo rigidos à frigore tractus,
 Aruaque perpetuò Riphais cana pruinis,
 Lanigeri & dites pecoris flauosque Britannos,
 Quaque Caledomas sylvas gens picta fatigat.
 Ipsi quoque pios non uno dogmate cultus?
 Ipsa quoque in primis audax Hispania bellis,
 Virtutisque tenax, & religionis auita,
 Nunc (si vera ferunt) nec sat secura pericli,
 Nec sat tuta mali est. omni iam parte laborat.
 Orbis, & heu, propius sua sentit damna futhisces.
 Perueniū ad summū est rerum. Pater alme, tuorū
 Parua ratis viden' ut rot tempestatibus acta
 Concutitur; raucis (sine te) cessura procellis?
 En, quite in terris sublimi reddit honore,
 En, pater Ausonius, parent cui Tybridis arces,
 Nomine reque Pius, iam clavo quā potis hærēs,
 Obstupet; & misera confusus imigine rerum,

Perculsiusque noua dubians formidine mentem,
 Excuditur (sine te) incertis voluendus ab undis.
 Nil opis in socijs naualibus. horridus intro
 Sanguis it; attonitos artus & membra reclinet:
 Genua labant. fracti iactantur gurgite remi.
 Horriter hinc frendet Boreas; hinc sibilat Eurus;
 Inde procellos si agglomerant dira aquora Cori:
 Turbine terrifico: raptantur vela per auras:
 Sol nusquam: tenebra pelago incubuere fremet:
 Sidera nulla micant calo: Cynosura recessit:
 Nec modo ventorum Natus tuus increpat iras.
 Cerne, ut tonsa comas olim, ac veneranda tiara,
 Et late insignis sacra velamine palla,
 Nunc crine horrente, & lacero deformis amictu
 Religio incedat toto lachrymabilis ore;
 Atque iterans singultanti suspiria voce,
 Implet dum moestis loca desolanda querelis,
 Sic te nutantes nobiscum affatur ad aras.

Religi- „ Siccine me, Pater, hostiles concedis in iras?
 onis „ An cæde obsequia, & sacri pensantur honores?
 prosopo „ Quid trahis? atq; moras reb⁹ quid segnior addis
 „ Pollicitis? num te, genitor, sententia vertit,
 „ Aduersis haud posse tuos violarier? unum
 „ Orbe gregem toto, te sub pastore futurum?
 „ Aduentare diens, tellus quum te omnibus oris
 „ Audiat: atque uni tibi machina seruat omnis?
 „ Affore, ut excipient lachrymosum gaudia luctum.
 „ Stillantesque pijs tua dexter a tergat ocellos?

Ha

- Hec (memini) in terras demissus ab aethere " "
 quondam
 Fata tuus magno pepigit mihi fædere Natus; " "
 Torque tuo cecinere afflati numine vates. " "
 Fac rata fata, pater, tua; nec spes eripe nostras: " "
 Ne trahet nos tantis ue moras innecet periclis. " "
 Delirent terra reges mercede suorum " "
 Gudeles; fidusque animas, deuotaque corda, " "
 Infantesque mori cogant petulanter amicos, " "
 Siue parant, fuso retinent seu sanguine regna: " "
 Tu regnum tueare tuum; tuaque assere scepta " "
 Clementer, si non opus est hic sanguine nostro. " "
 Christicolumque genus deductaque aethere gentes, " "
 Tam viles, tantoque agitatos turbine rerum " "
 Commiserare: tuosque pius ne desere alumnos. " "
 Fercitus auxilium; teque his mecum eripe flammis. " "
 Nem reliquos, varijs magna telluris in oris, " "
 Quia Sol manè venit, quia vel se condit in aquor, " "
 Tropopolos nox una tegit, densaque tenebra: " "
 Seu tua non illis ullo præcepta docente " "
 Scire datum miseris; seu cognita protenus olim " "
 Excussere animis violentum scepsa tyrannum: " "
 Illius ante alios, miseranda cede tuorum " "
 Qui Byzantinas nunc (hei, dolor) insidet arces, " "
 Quis prius Imperium steterat, legesque sacroru. " "
 Hen, quod insana tuam auexit Discordia gemitum! " "
 Aspice, ut ille ferox, delatu & sorte superbus, " "
 Felices olim atque tuos impunè fatiget " "

Arca-

„ Arcadas, Aetolosque; suis quos irrigat vndis
 „ Thessalico ducens Achelous flumina Pindo;
 „ Quique colunt virides Amphrysii gramine ripas;
 „ Et flauas quibus eructat Pactolus arenas;
 „ Et quos populea reficit Sperchius in umbra:
 „ Pœonias; Albanos; Locros; & Thessala Tempe;
 „ Aemathia & qui rura domat; qui que Aonis oras;
 „ Mygdoniasque tenent; & quas coluere Pelasgi;
 „ Quaque olim docta longum vignistis Athene;
 „ Hincque alios, atque inde alios quos Orbelus alto
 „ Vertice, quos Scardus, syluosus & inspicit He-
 „ mus,
 „ Occiduaque à parte suo quatit Adria flum,
 „ Eo aferiunt ægai littoris aestus.
 „ An verò ambigui dicā quoque limitis Isthmū?
 „ Argon? Epidaurū? Lernam? magnasque My-
 cenas?
 „ Patras'ue? Spartam'ue? Tylor'ue? aut Eliis
 urbes?
 „ Messenamque? Methonemque? & Malca
 vsque sonantem?
 „ Gythiona? Træzen? Tegea? exiguaeque Cleonas?
 „ Mantineam? Sicyona? Elenō? bimaremque Co-
 rinthum?
 „ Littoris extremi & dubia sub sorte Coronum?
 „ Atque aliam, atque aliam, haud uno sub sidere
 gentem?
 „ Quid numerē sparsas passim tot in aquore terras,
 Quas

- Quas fragor assiduus querulis circūstrepit undis, „
 Ingemit & vīta miserans discrimina gentis? „
 Qua nunc immāni imperio premit omnia vīctor „
 Efferus; atque tuis auertit legibus vītro; „
 Exercens rabidas iras, & Barbara iussa: „
 Reliquisque tui pestem meditatur onislis „
 Exsultans, alitasque acuit victoria vires. „
 Nec nostris (heu pietas) reges tua iura reposcunt, „
 Et tituli egregij immemores, & munera almi; „
 Oblitique tui, obliiti fortisque tuorum; „
 Imre se studijs dum confliuantur amaris: „
 Christiadasque tuos placidos factosque quieti „
 Cruda adigit in fata; & in impia prælia trandūt; „
 Communique (nefas) statuunt elementarū ruine. „
 Fuscos quin etiam Libyæ perusasit ad Afros, „
 Parte alia Istriacos populatus Barbarus agros, „
 Nunc etiam Hesperijs nil mitior imminet oris. „
 Quò tibi dūme & populum? quò consciarura „
 Virginei plorem partus? calcataque Nato „
 Arua tuo? collesque sacros telluris amata? „
 Felices olim, quum fas audisse loquentem, „
 Sanctaque fiderei patris prescripta docentem, „
 Bis senos interlectos ad iussa ministros: „
 Felices olim, quum fas rubuisse cruento „
 Illius; ac nostre pretium exceptisse salutis: „
 Nunc infelicem populum; infelicia rura; „
 Atque infelices conuerso tempore, colles. „
 Illa quidem tellus subitis tunc territa monstris „

Signa

„ Signa dedit trepidans; & latipatentia terg^a
 „ Concutiens motis dissecit rupibus urbes;
 „ Dissiluerat graui sonitu indignantia saxa:
 „ Excisuitque dolor patescatis funera bustis.
 „ Et calum procul increpuit vasto omne fragore;
 „ Tunc venti infremuere truces; & inhorruit altè
 „ Inque graues lachrymas densatus transiit aer;
 „ Fulminibus tristis summas ferientibus arces.
 „ Atque Palestina infestis freta motibus virges.
 „ Turbida tempestas fundo vertebat ab imo:
 „ Imoque informes latuerunt gurgite Phœce.
 „ Tunc etiam miserans nimium spectacula dira:
 „ Obnupsitque oculos; ignemque, comaque nitetem
 „ Sol multa obtusos radios ferrugine teclit;
 „ Noditiuagæ & voluit vultu pallere sororis.
 „ Illa autem quamvis fraternalis turgida flammis,
 „ Attamen obscura totam se nocte recondit;
 „ Indignum auersans casum factoris adempit.
 „ Terraque perpetuas timuit, quam lati, tenebras.
 „ Nunc tu, Sancte, tuo hec caelo specularis? & istos
 „ Deseris? heu, nec magna tibi est tua gloria cordit?
 „ Quò tibi, quò celi, terraque marisque potestas?
 „ Quò ue tibi armata rutilantia fulmina dexter?
 „ Si neque cura tuos contratutorier hostem?
 „ Nec dolor amissi, genitor, te tangit honoris?
 „ Quid loquor, ab demes! sed me dolor abripit. heu
 „ Eheu, parce pius, neque enim, pater optime, honore
 „ Amisisse potes, te amittere ni potes ipsum:
Totius

Totus honor, totus laus es: caloque, soloque
 Que sunt, tibi cuncta struunt per secula laudem. " "
 Crimina quin etiam (bene si perpendicularis) ipsa " "
 Das hominū in laude tibi cedere; siue ea vindicem
 Lenius anquiris; nec summo iure perurgens " "
 (altigas fontes; malaque oblinisceris vliro:
 Seu magè virtutem in veram traducere nostras " "
 Stat noxas. sic, quos longè grauiora manebant, " "
 (Dum meliora doces Grauios orare premendo,
 Ac libertatis redditura gaudia differs) " "
 Mitius affligis clemens; neque deferis unquam. " "
 Ac neque Iudeam (incertis dum spargitur oris) " "
 Tegentem, aut illos penitus liquisse fatendum, " "
 (Quando nil operum odisti, pater, ipse tuorum, " "
 Que verbo tuus aérijs Amor intulit auris) " "
 Sancta animis quorum tua nec dū cognita Lex est, " "
 Equalis tibi quam cunctis que cōeuis ab annis " "
 Filius imposuit terris, & sanguine sanxit; " "
 Credulitatis opus, vestraque afflabilis Auræ. " "
 Certè tempus erit quondam voluentibus annis, " "
 (Promissi nec enim redet, neque dicta retractas " "
 Sancte parens) quum te reges, populiisque per orbē, " "
 Quā via in occasus, & quā via dicit in ortus, " "
 Litora quāque lauāt ambitasque aquora terras, " "
 Unum concelebrēt cuncti; Dominique sequātur; " "
 Concordi ingentem tollentes carmine Regem; " "
 Et tibi odoriferi sua thurea vota Sabæi, " "
 Et sua felices tibi frondea vellera Seres. " "

Et

„ *Et tibi lucentes gemmas consecret Hydaspes;*
 „ *Et tibi fulgidas Paclolus & Hermus arenas;*
 „ *Atque suas ebenos ebeno non discolor Indus.*
 „ *Exemplis iam docta nouis; monisiisque meorum,*
 „ *Quos tuus Hesperijs emisit Carolus aruis,*
 „ *Effer a gens prius, & sacris addicta nefandis,*
 „ *Nox quibus atque dies aquas discriminat horas,*
 „ *Quaque patet regio tepidos porrecta sub austros,*
 „ *Nunc pia, nunc mitis, tua (respite) sacra recepit;*
 „ *Templaque thuricremasque Patri tibi condidit
aras:*
 „ *Ac patrio grata argento decorauit, & auro;*
 „ *Prona vnu in triplici nunc nomine nume adoras.*
 „ *Accedant astutum alio de climate terra.*
 „ *Imperium sine fine tuum est; sine fine colatur;*
 „ *Nullus & immenso statuatur limes honori.*
 „ *Ergo, tot indignè pressas (miserabile) gentes*
 „ *Iam miserare, Pater: sceptris & redde vetustis;*
 „ *Luce nouare regens tot caligantiare regna.*
 „ *Iam pena satis est. moueant miseraenda tuorum,*
 „ *Funera, & infandis exhausta cladibus urbes.*
 „ *Redde tuis sacros Solymos; & nuncia busta*
 „ *Extincti Regis, vita & remeantis ad auris:*
 „ *Redde sacros colles, electa & iugera terra.*
 „ *Libera in antiquas respiret Gracia leges.*
 „ *Iam pacata feras damnet Germani alites.*
 „ *Plaudat & ipsa tibi depulso Gallia bello.*
 „ *Iam renocet Boreas veteresque Britania cultus;*
Enei

Eversaque armis, & pristina sacra reponant " "
 Dolubris: penitusque irasque minasque remittat. " "
 Quosq; nouē bis iam tenet annos clausa Tridētū " "
 Alpibus aérijs patres, è sedibus orbis " "
 Accitos varijs tantos componere motus, " "
 Pacifer internè radijs felicibus urat " "
 Spiritus, alme, tuus, studijs communib; acti " "
 Ut cacas vident, procedere longius iras; " "
 Communē ut pacem tandem, & communia scita " "
 Gentibus edicant, mansuraque fædera mundo: " "
 Nostraque iam prisci repedent ad secula mores. " "
 Bariona placido volitans super aquore linter " "
 Cella ferens leuibus sinuantia linteal fabris " "
 Securos teneat læto sub remige portus. " "
 Pectora iam posito reges certamine iungant, " "
 Omnes unanimi, fraternaque bella residant: " "
 Nostrosque inter amor populos & fædera sunto; " "
 Ut socios iunet cueroso succurrere seculo. " "
 Jamque tuos hostes animi sint tendere contra, " "
 Pro vero, atque tui regni crescentis amore. " "
 Fernandi in primis pia respice Cæsar's arma, " "
 Quenque orbis gaudet patris subiisse labori " "
 Conatus & tela bonus rege Maxmylian: " "
 Quiq; per Hesperiā dominatur utraq; Philippi, " "
 Auriferumque pys compescit legibus orbem; " "
 Atque regit patrios fidissima pectora Belgas. " "
 Haud aberunt vires animis cōcordibus unquam. " "
 Jamque adeò cura comitem sociumque paternæ "

C Addat

„ Addat se, segnis nusquam sed in omnia primus
 „ Carolus, & teneris ut mens grandior annis,
 „ Ingentesque animi, & fama generosa cupido,
 „ Nominе pro tanto sic nunc inuadere ceret
 „ Magnū aliquid; casuque patri cōiuret in omnos.
 „ Quique suo nunc gestit auus minor ire nepote
 „ Excitat in laudes, sancti & molimina belli.
 „ Hisque Itala gentes exercita corpora bellis,
 „ Truxque genus Panno, rigidique Borysthenis ort,
 „ Heluetiusque ferox, Gallusq,_z, & Teutona virtutis
 „ Agglomerent acies, trāsmissisque Albion undis.
 „ Ide omnes simul ardor habe: in primisq, rapacis
 „ Contemptrix fati gens indocilisque vereri,
 „ Aerumnaque ferens omnis, patiensque laborum,
 „ Sebetetur vigil Hispanus tentoria miles.
 „ Sic, populis tot iam domitis terris que subactis
 „ Barbarus ante ferox, ultricibus obrutus armis
 „ Pretendet ramos pacalis victus olua:
 „ Et tua se fesso referet Pax aurea mundo.
 „ At cælum inter ea cunctos presumere mente
 „ Fac, Pater, in terris; regnoque assuece superno;
 „ Quæ seruos eadem teneat, pia cura nepotes;
 „ Luceat in cunctis tanti ut genitoris imago.
 „ Unus sic pastor, sic una mapalia terris
 „ Omnib^z, unaq_z erit Lex; & Rex omnibus unus;
 „ Et luctus iam finis. At, hæc si cassa moratur
 „ Conditio; nec tu peritur a gaudia terra
 „ Firma paras; nec mortali, quod degimus, euo;
Inter-

Interrupta breuem capiat ne gloria finem: " "
 Sed ciues tua sceptr'a petunt, non sorte caduca, " "
 Non iam mortales; nec iam mortalibus aruis, " "
 Ast illis quaetute nouans sine tempore condes, " "
 Versamies; nunc nunc properet volitantibus horis " "
 Ultimus ille dies, uno qui funere cuncta " "
 Inuoluit; terramque, atque istos finiat axes, " "
 Exempto, medius regni qui federat orbe. " "
 Cenobari genitor meditans connubia nati, " "
 Dilecti ante alios nati, jubet ire ministros, " "
 Perque vias latè, per compita cuncta, vocatum " "
 Unique, quos latens dulces admittat amicos, " "
 Ut secum omnis ferat capiant, solatia mensæ: " "
 Tum si spectandis paries quis honoribus obstat, " "
 Diruit; & tractus longè facit esse patentes; " "
 Splendeat ut festis augustior aula triumphis. " "
 Hoc, supreme Pater, tua que te sancta precatur
 Filia Religio votis communibus, audi:
 Nec tanti nobis gemitus voluantur inanes:
 Daque gradu celeri restantia currere lustra;
 Precipiti ut fugit aura pede, atque volucrib' alis;
 Ocyus & iaculo, & rapido properantius oëstro.
 Haud metas tamè ut tibi quis vel tempora ponat: Fiat voluntas tua.
 Absu velle, tuus quod non decreuerit ordo,
 Quandoquidè nostra est omnis male tuta volūtas;
 Unius at bene velle tuum: qui præscius unus
 Que statuis confecta dabis nos inscia turba,
 Nos præscire nefas; & rebus inutile nostris:

Sed fas exspectare diem, quo sidera cali,
 Quo freta, quo terræ in cinerem conflata residet;
 Inque nouam rursus vitam concire sepulta
 Corpora, dispersaque in idē reprændere formas.
 Quidum dabitur, supremarum clangore tubarum.
 Sit saevis interea nobis, sper regna tenere,
 Quæ tibi mox fulua Natus quum nube sedebit
 Unigenus, vindex, inimica gente subacta,
 Scuæt arsuro quum iam lux ultima mundo,
 Restituet, figens æterna ex hoste trophæa:
 Sublatosque tuæ secum nos inferet aula;
 Exhausti pretium breuis immortale laboris.
 Hanc, genitor, concede tuis sperare salutem
 Äquiter, interea confuescat rebus acerbis,
 Tranquillusque pati quod fors ingrata parat,
 Qui te cunque Patrem veneratur; qui pia Nati
 Subsequitur pressa tentans vestigia planta;
 Internasque tui voces qui Flaminis audit;
 Munere quisque suo letans, & sorte beatus:
 Tedeat ullorum ne nos, pigeat ne laborum
 Solatos, ac cuncta pati & subiisse paratos
 Quæ tuus immittat nobis amor; ut mala mulctet
 Crimina; cogendo ne moras castiget inertes.
 Temnat cuncta malis concedere nescia virtus,
 Nilque timens: iam nos fraudisque dolique poterit
 Executiant patrijs nequidquam sedibus ira,
 Avia per syluosa, & acutis innia dumis
 Palantes; quæ pressarotis iacet orbita nullis;
 Quia

Quâ freta stricta rigent patulis ignota carinis.
 Quâdros neque nos duri inclemensia cali,
 Frigus ubi, & septem supposta Trionibus arua
 Terreat; horrificis auras quim flatibus Eurus;
 Equoraque exagitans à gurgite suscitat imo
 Quo minus, alme parens, alacres tua iussa sequa-
 Denique nec letum pro religione pacisci (mur,
 Sit mersus aut leto si qua grauiora) nefandum;
 Te genitor mandante, & sic in regna vocante.
 Omnia ferre iuuer, vicisse & dura ferendo:
 Ac saeuos superasse immota mente tyrannos.
 In primis, non vlla animis maleuada voluptas
 Irrepat. qua pestis acerbo est durior omni;
 Ipsa breuis, longo sed concomitata dolore:
 Et quanam tandem lucturis longa voluptas?
 Que sincera satis corrupta gaudia vite?
 Gaudia nos potiora manent, melioribus aruis,
 Undique completa, & cunctarū opulentia rerum
 Diues; quam venies haud ullum carpserit auum.
 Quin labor hic breuis omnis; ut omnibus ipsa
 breuis lux:
 Nec quidquam in terris costas mortalib⁹ usquā.
 Sola eterna manent, qua nobis ipse parasti
 Sponte bonus; nostri magno labefactus amore.
 Et dubitemus adhuc eterna fugacibus umbris
 Commoda præposuisse? ac cœnū informe caducūq;
 Ethercis mutasse bonis, & cœlē regno?
 En, paret tibi tot gemmis lucentibus æther: Sicut in
 calo.

Sacratæque acies volucris super æthere gentis.
Quique errant certis variantes nixibus ignes.
Ipse adeò pelagi ductrix argentea Luna,
Ipse adeò Lunam collustrans auricomus Sol
Instaurant, iussosque urgent in secla labores:
Hic vultum assidue proprio plenissimus auro,
Usque idem, usque recens, & luce coruscus eadem
Usque nouū reparat repetitis gressibus annum:
Ast olli noua nunc nascenti cornua pallent;
Nunc tumet aduersa resplendens lucis ab orbe;
Inde meat radios paulatim exuta minores;
Orba latet tandem lucis, que candida nuper
Fulixerat, igniuomum Phœbo surata decorum:
Ac iam parte poli dextra, iam parte sinistra
Nubila transmittit: nūc, quā via celsa, vagatur:
Nunc non fert itiner, renunt fastigia clin.
Subniti planætra, fractique labore ingales.
Hesperio quoties tinturus flammæa ponto
Tempora præcipitat calo Sol, illicet atris (quis;
Cincta caput tenebris sequitur Nox passibus &
Et Noctis tacitæ comitantia sidera currus:
Quæ referant somnūque viris, requieque labori.
Si iubeas, varijs induita coloribus Iris
Æquoreas epoet aquas, salsa gine amara
Quæis expurgatis suientes roscida terras
Irriget, & teneras fœcundet ab imbribus herbas.
Si iubeas, toto densentur in aëre nimbi:
Concurrant venti: tumeatque sub æthera pontus:

Olim

Olim ut deciduis tellus stagnauit ab undis;
 Quum fuit una palus terrai amplissimus orbis,
 Litoribus nullis nullisque cōercita ripis.
 Si iubeas, in issi fugiant toto āere nimbi:
 Exigat & latis Aquilo vaga nubila terris:
 Imperioque tuo subsidant ventus & unde:
 Incassumque frēmat procumbens fluctus arenis.
 Montibus erumpent subiti fumātibus ignes, Et in terra,
 Te tangente: tuas hausit quum maxima voces,
 Quassat tremit tellus: quum spectas blandior ore,
 Soluitur in flores: pueros innoxia flamma,
 Letantes, gratumque tibi pāana canentes
 In medijs lambit fornacibus: arida saxa
 Dant ruos: Sol stat: vertuntur tempora retro:
 Et stupefacta suos tibi sīstunt flumina cursus,
 Atque viam sternūt liquidas impunè per undas.
 Scilicet, obseruent præfixos omnia fines;
 Omnia sectentur regalia scita parentis,
 Que Verbo omnifico terraque poloque creasti?
 Et tibi solus homo (quem penè volucribus ipse
 Caluagis statuisti aqualem munere mentis,
 Quem mox, promerito subductū funere, Natus
 Funere pacauit proprio tibi) muneris ultro
 Oblitus tanti, tantique ingratus honoris,
 (Proh facinus) parere Patri, regique recuset?
 Nō ita, nō ita, summe parēs: Quin spōte feramur
 In tua iussa; tuos audi exaudiisse vocatus:
 Hoc misericordis opus est pressat telluris alumnis:

Hoc humiles aequum est, & grato pectore natos.
 Tu modo, tu da velle pium: tu perfice & idem
 Nos quidquid voluisse voles: tuaque orsa secunda;
 Maior ut exsurgat iussus audacia cæptis,
 In cunctisque patris fiat, non nostra, voluntas.

Panē no-
strū quo-
tidianū.

Et tamen, o genitor, donec tellure vagamur,
 Ter varios dubia iactati sorte labores,
 Ne quando, intentos patrijs hortatibus, altoque
 Harentes calo, nos anxia cura fatiget;
 Addictasque tibi abripiant mortalia mentes:
 Da nocuam fugisse famem; generisque caduci
 Aerumnas superare, piæque incommoda vite,
 Commiserans: neque nos angustis defice rebus.
 Nostra quoq; ac nostrū sit publica cura regētiam;
 Dextræ larga patris partiri munera egenis:
 Rimari paruosque lares, humilesque recessus;
 Pannosos tegere; ac solari compedē vincōs;
 Ignarosque via seculo sistere calle;
 Obruere iniecta defunctūm corpora terra;
 Hospitiumque vagis, lassisque parare quietem;
 Lenimenque mali, tristisque leuamina luctus;
 Et iuuet attritis hominum succurrere rebus;
 Quāque licet, miseros libeat prauertere questus;
 Ac paupertatis timida occursare pudori.
 At non ut lentus sectetur inertia quisquam
 Ocia; & ignauo malit torpere veterno:
 Contra quin potius subigat torpentina corda
 Quæ resides animos acuit non segnis egestas;

Commo-

Commoda quò cūrent habiles cōmūnia; & artes
 Tentent ducenda tot sustentamina vitæ:
 Sollicitasque iuuet solers industria mentes.
 Nil ex spes dapis est patriæ: sed nec sua quidquā
 Tot rerum quascunque tuis quācunque parasti,
 Spes unquam, patris dextra frustrante, fefellit.
 Omnia nam quamvis tibi sunt nihil, omnia curas
 Tutamen; usque manu seruans producta potente.
 Aurea quandoquidem, per te, fuit igneus ardor
 Sidera; torque tuo cœlo tua lumina pascis;
 Dum tuus intus alit diuini Spiritus oris.
 Ipse etiam in liquido fecit das marmore partus,
 Unde tot euariant squamosa examina, pisces.
 Nec leuius terre studium tibi: nam tuus altè
 Flammens irradiat molem vigor. itque, redditque
 Viscera per toties in se remeabilis humor;
 Nunc falsus, dum se magno maris excoquit alio;
 Nunc dulcis, quoties terræ penetratibus errans
 Exuit ingratas labes, & limpidus exit;
 Sugitur aut quoties radijs trans nubila Solis.
 Illa sinu rapiens cupido pluuum æra condit,
 Et rorem tenerū, zephyrorūque humida flabra;
 Sicque califluo contemperat arua liquore:
 Unde satur succis atque ubere diuite gleba
 Conceptos latè fætus, tua munera, fundit
 Prodigia; depositosque libens dispensat honores,
 Tempore quoque suos grata & nouitate recludēs
 Humano victimum generi; & tot commoda rerum;

Aliibusque ferisque cibos; validasque medelas.
 Sed tu, Sancte, vetera sterile cere cantibus arua;
 Fulgure ne, horrifero ue ruetibus agmine nimbi.
 Pracipe flauentes vident ut messibus agri;
 Purpuret ut pendens in apricis collibus vua:
 Utque suas obseruet hyems, obseruet & astas
 Alma vices, alterna obeuntes munia terris:
 Nec, que Natura sanxisti, fædera solue:
 Ne pastus seges egra neget; ne' ne irrita vota
 Deplorent vacui agricola: ne letifer annus
 Sit genti, pecori ue, aut lagida membra trahamus;
 Infestentque feri squalentia corpora morbi:
 Diraque perrepens tristem contagio gentem
 Infectas miserando incestet funere terras.
 At potius sedcat tetras auertere pestes;
 Ac populis animas aurarum afflere salubres:
 Ne cui quis grauis, aut rectis sit inutilis actis.
 Quin etiam humentes celeri percurrere ponti
 Puppe vias alicui veniat pius ardor, & ausus;
 Ut succos natae deis in montibus herba,
 Rureque Cretao dictamni nobile gramen,
 Vertice deuulsas & Pelia co panaceas,
 Decerpta & medicis & pidauria germina dextris,
 Totque salutiferas merces, virusque benignum,
 Orbe alio veniens nostris procul inuehat oris.
 Nos etenim, æthereas cali quibus annuis arcet,
 Cuncta sit omnipara fas carpere munera terre
 Usus in faciles: liceatque omni esse beatis

Quod

Quod dederis dare nāq₃ tuū est. nō vivere rapio Da nobis.
 In placidis cura: aut mordaci feoore gazas
 Aggerere: argentique atque auri pondera cusi
 Votorum immodicis; domus ut te studine fulua
 Luceat; auratae ue tristes, laqueatae ue tecta,
 Aut Polycletai preiosā toremata celi
 Perstringant oculos, igni irritante corusco,
 Atque laceffentis tremulo sub fulgure teda:
 Aridue ut niteant ostro, Phrygijsque tapetis;
 Exsudet ue halans longinqua in vertice myrrha;
 Vnde chlamys flavo radiet circundata limbo.
 Non patet a longas obeunti ducere noctes,
 Dum vino titubantem animū mentēque sepultā
 Inscia notarum inuadant obliuia rerum.
 Nec maior stomacho placeat fames: absit edendi
 Ingulues; luxusque gule; atque alterna palati
 Que lassis requiesce coquiss fastidia donent.
 Bistonia melior cur sit grue Phasidis ales,
 Oitrea vel quanto præstent Lucrina Britannis,
 Scire recusemus: tenui Natura paratu
 Contenta est: nec vera fames peregrina moratur;
 Sed reuocent haustris qua post ieiunia vires.
 Munera præcipue frugis sint: & su aquai
 (Aut si quid simile est, nostrisque parabile terris)
 Copia, si siccias urit si vis arida fauces.
 Exhibaret parce præcordia vitem humor;
 Occulto reparans nativos igne calores.
 Membra tegat vestis nihil ambitiosa; rigentes
 Siue opus est hyemes, seu solem arcere furentem.

Quint

Quum testudinei feruebunt brachia Cancri;
 Vel serus astinus duplicabit Syrius ignes;
 Si non partibus dabitur recubare superbis;
 Aut ilia, aut bicolor prætendat populus umbræ;
 Serpentes ue hedera; densum ue in valle salictum;
 Aut tendant rapti à sylvis velamina rans;
 Aut obliquata texant umbracula vites;
 Et frondente iuuet scena prohibere calorem;
 Speluncis ue cauis frigus captemus opacum.
 Sint salientis aque somnum iuittare susurro;
 Delicia: viridique comas innectere lauro;
 Hortensesque tuis templis inspergere odores;
 Atque umbrare sacras festis de frondibus aras;
 Et tibi solennes per compita ducere pompas.
 Nec verò hic catus nobis, neque carmina desint,
 Quæ pia Mæonide & vincat Oeagriō Orpheus,
 Fesseides cecinit quondam quæ maximus heros;
 Ac nobis post se alterius modulanda reliquit;
 Clarus & dumcis sceptris; & fortibus armis;
 Clarus & arte toga: plectro sed clarior aureo,
 Quo canit ipse virum, quem fas sit iure beatum;
 Dicere; qui te mente colat; te cogitet unum;
 Noctes atque dies te querat; & impia facta
 Detestans, sanctas aveat perdiscere leges,
 Solæ animis quæ vita, piæ quæ fabula menti.
 Hic adeò, quæcumque paret, quocunque feratur,
 Securusque animi, fortunatusque laborum,
 Multa simul capiet felicis commoda sortis;

Multa

Multa simul dabit; usq^{ue}, nouo cumulādus honore:
 Qualiter Hesperidum citrijs spectātur in hortis,
 Quā liquidæ riguis decurrunt fontibus unde,
 Perpetuum folijsque nouis & flore comantes;
 Perpetuum & fulvis sparsæ de factibus umbræ:
 Unde odor Idalias inspirat suauiter auras,
 Pescius ille etiam, cæloque edictus amico,
 (Post ubi poenituit scelerūm, & tuus athere claro
 Spiritus effulxit felici lumine menti,
 Discutiens nebulas, in amæna & tegmina noctis)
 Sepe indigna tui Nati ceu vulnera cernat,
 Precinuit; & ventura ex ordine fata retexit;
 Iam tum pollicito referens pro munere grates.
 Ille canit; resono applaudit caua regia cantu,
 Linquem i terras, & celum voce perenti.
 Ingentem inde tui lachrymis sibi nutrit amorem,
 Per noctem dum strata rigat, dum pectora fletu;
 Ac memor offensa integrat miserabile carmen.
 Vtique vix sero permittit lumina somno:
 Usque adeò ante oculos stat facti semper imago.
 Tum, quæ tot vates alij veneranda caterua,
 Sidereo castas perfusi flamine mentes,
 Fatidiceque nurus obscura voce Sibylle
 Plurima liquerunt seclis repetenda futuris.
 Delecti in primis proceres, quos Filius olim
 Secretos Syrio residens in monte docebat
 Multa monens; eadem iussaque docere minores.
 Felicem, o, montem, cui tantum ferre magistrum
 Con-

Contigit, & sancte præbere sedilia turba.
 O, fortunatos nimium, qui finibus illum
 Excepere suis, calo mandata ferentem.
 O, fortunatos, ac terque, quaterque beatos,
 Quæis humana Dei propius fuit ora tueris?
 At hercæisque solo voces haurire potestas?
 Illa etiam cur non nos secla beata tulerunt?
 Filius non licuit cur nobis nascier oris?
 Nemo equidem comites nos illi auelleret unquam,
 Filius haud res ullæ queat sciungere rebus.
 Illius unius, quâ gressum cunque tulisset,
 Immemores dapis, & placidi sub nocte soporis,
 Errabunda Ducas vestigis pressa legentes
 Ponè subissemus; liquefactaque pectora amore,
 Voce sacra, & pia panissemus lumina vulnæ.
 Nubila quo cali tempestatesque serenat.
 Ille quies nobis; illius & aurea dicta
 Pocula supplessent; & tostæ munera frugis.
 At, quoniam rerum id series immota negantur,
 O, nūc, o, (quod fas petere est; quodq; ipse recepit)
 Ad sua sideribus descendat sancta vocatus
 Dona tuus Natus: quo iam caelestibus ecclias,
 Internæ penitus toto se viscere mentis
 Insinuans, immortali nos munere pascat;
 Carneque sanctificet carnem, vegeterque caducæ
 Transmutans, sensu quamvis nihil obuius agro;
 Dum mætasque sacras, iussosque nouamus honore,
 Aerio Isacidas vacuis in montibus olim

Ipse quater denos nutrit i rore per annos,
 Nocte madente pluens ingratæ prandia genti,
 Mittendi specimen, voluendo tempore, Nati.
 Ille quidem, nube è gelida, mortalia panis
 Corpora complebat, vario oblectante sapore;
 Haud tamen inpendens potuit depellere letum:
 Hic veniens patrio, quod purius æthere; cælo,
 Est panis patris ipse æterni aeterna propago:
 Et pia non solitis præcordia gustibus explens,
 Celesti ambrosia, celesti & neçtare pascit:
 Æternamque suis tribuit, sine finere, vitam.
 Quæ spe nixa fides sanctas ita anhelat ad aras,
 Frigidula ad subitum quondam spiramen ut aure
 Puluerulentus hiat sub iniquo Sole viator.
 Has epulas vite, æternoque scatentia fonte
 Pocula, fac sat agant ex te præbere, Creator
 Alme, gregi, ductare quibus fœcunda per arua
 Edixit pecudes Natus, caulasque tueri.
 Huc (agite) huc versas mentes, huc tēdite vires,
 Pastores, ubi cunque vagū quo cunque per orbē
 Diniſos tractus & pascua rura tenetis:
 Suscepti & pecoris vigiles ne cedite cura.
 Tuque adeo, bifida cingendus tempora mitra,
 Armandusque pedo dextram, dinine sacerdos,
 Huc ades, idem hominū custos, calique sacerdos,
 Groſſbecæ egregium gentis decus: ac tua latè
 Regna per (undani properat qua vortice Mosa
 Deuenerans, geminū & domino præagit honore)
 æthereæ

Aetherea iam sorte tuas (age) respice mandras.
 Iustitiumque foro, desuetaque reddere iura
 Ne dubita; atque tuos mores prescribere terris,
Quas Eburo, & nomen latè olim nobile Tongit
 Exercent, pingues vertentes vomere colles.
 Inuidet ipse quidem tumido sua gaudia Mosa
 Tybris; & ipsa suo cù Tybre de maxima Roma;
Quæ tibi tergeminam meditat ur amica Tiarā:
 Tu tamē, o, decorū tātorū haud īmemor unquā,
 Te tuaqueis vltro tellus, nil tale petentem,
 Ac constante fide, at nota probitate merentem
 Ornabit, quum grata sūi mox tradet habens,
 Ceruicesque pio demittet mollis alumno;
Quidquid eris, semper natalia dilige, culta;
 Dilige vitiferis hanc septem montibus urbem;
 Dilige quos tua commendat tibi Ligia cines,
 Ligia tot populis & tot clarissima templis,
 Diues agris, & diues aquis, & prōside felix.
 Hicque diu libeat Latij proludere sceptris.
 In primis (seges est quæ rebus certa futuris)
 Virtutem vna cum tenerè crescentibus annis
 Accipient pueri; patrisque parentur honori;
 Dum captu faciles animi, dum auctilis astas;
 Illius & iusta discant assuescere laudi
 Indignos terris qui dignos efficit astris.
 Has paruis, has ipse tuis da ciuibus escas.
 Tu princeps, tu ductor eris: te mille sequunt;
 Vadentem pulchro stipabunt ordine mystæ:
Atque

Atque tuas recinent cœli responsa per urbes;
 Quæ vicioſos adigant animos ſua cernere dama,
 Seque ipſos odiſſe, & ſpes poſuiffe caducas:
 Eluere & lachrymis ſcelerata atque impia facta.

Tunc irata diu pollutiſis criminis terris
 Multiplici, ac, niſi ſubmiſſa prece, nescia flecti,
 Mitescenſt veſtris, Antistites, numina votis,
 Templo per, & ſacras dum pacē exquiriſtiſis aras,
 Fundenteſt germitus, & fletibus ora riganteſt
 Nobis cum tristeſt. etenim ſi veſtra putare
 Veſtras que laſſi de more proſamur ad aures
 Vos decet, (ut precepta iubent aequiſſima clariſſima
 Beniamida, ruitura dedit quem Gischalil orbi,
 Alterutrum queſi ferre monet per mutua fasces
 Munia) communi iuuet indulgere dolori.
 Audiet unanimum ſuperaplacatus ab arce
 Natorum miſerans genitor tot conſona vota:
 Jamque animi fractos, & calo digna paranteſt
 Inde ſequi, atque nouam praefcriptio degere vitā
 Ipsiſi, excipiet diſpansis obuius uulniſi.
 Quippe aliter quis erit, factor ſanctiſſime rerum,
 Iuſtarum modiſi irarum, finiſi ue tuarum,
 Ni veniam oratus dones ſua facta perofis?
 Enpudet, atque piget, ſed quis vel nomina dicat,
 Vel numerum ſcelerū: vel formas explicet omnes,
 Littore & niſi qui numerum comprehendat arena?
 Quid ue iuuet celaffe? quis aut tua lumina fallat,
 Omnia ſcrutariſi tacito qui condita corde?

Aut

Aut fugiat propriam, facti quæ conscientia, membra?
 Impercepta licet quædam atque incognita lacerat?
 En, pudet, ac piget actorum sine fine malorum:
 Pœnitet, heu, scelerū superat nūc luct⁹, & horror:
 Ægra que corda stupent tantæ sibi conscientia culpe.
 Ipsa etiam exagitant nocturna insomnia mentes.
 Nec placidam miseris indulget cura quietem.
 Illa etenī horrisonas facibusque armata trisulcis,
 Qua properata iacis tela, & peritis cminis hostē
 Dextera, dum toties animis commissa recursant,
 Conterret, tonitru dignos, ac vindice flamma.
 Ipsa grauis vita est; cali & spirabile lumen:
 Tantum odium nostræ tanta est infamia fôrdis.
 Quid querar? heu, rapuit mōtē furor ônibus idē;
 Viscera que inuadens grassatur in intima viru.
 Caussa mali prima est, labes que stirpe parentum
 Demanans, natos sequitur, paruosque nepotes.
 Hinc adeò monitis aurem cælestibus omnes
 Obstruimus durum genus: hinc caligine tristi
 Gens, heu, mortalis premitur sub nocte profunda;
 Cernere ne valeat puram per nubila lucem,
 Immemor ætherei patrisque, domusque paternæ.
 Altera caussa mali nostra est, insana voluntas;
 Cui peccare iocus, propriæque illudere menti est;
 Usque noua & dulci præbere alimenta furori.
 Ire iter incepsum sic porrò assuefscimus, ut iam
 Non pia religio, non obstat fama pudori;
 Contemnatque decus vetiti studiosa cupido:
Ac

Ac potiora vident si forte emergere putri
 Mens agiter cæno, torpor grauis alliget artus;
 Depressetque animū; & pugnet rationis habeniss;
 Spes ut nulla super iam libertatis habenda,
 Ni nos sancte malis genitor tua dextera tantis
 Eruat omnipotens, amissō & reddat honori,
 Tēris erectos nebulis horrentis Auerni.
 Tu Sol, tu clarum tenebris sis lumen ademptis.
 Magna nimis petimus, nec nos, pater alme, me-
 remur;
 A te qui toties profugi, nec iussa verentes,
 Obstipas toties renocanti auertimus aures.
 Tu tamē & gemitus audi; & lachrymas guttātes
 Cerne pius; stirpisque tua miseresce iacentis:
 Quaque oculos hebetat mortales disjice nubem.
 Aspice tendentes cum mente ad sidera palmas,
 Cum mœsto singultu, & luctu solo vultu,
 Perfusa & fletu sola corpore conſternentes;
 Aspice contractis tundentes pectora pugnis,
 Pectoribusque eduentes ſpiria ab imis,
 Spiritus ipſe tua nobis quæ ſuggerit Aura.
 At tali quæcumque diu non digna parente,
 Seu nos, ſine datæ perfuncti munere vita,
 Geſsimus indecores, pietas tua magna remittat;
 Atque, ignara velut, meritas non imputet iras.
 Nobis cum tamen admissi dolor usque moretur:
 Nam quanto indulſiſſe, pater te maxime noxis
 Fidere fas magis eſt; tanto magis improba facta
 Versantes lachrymis decet immaduiſſe profuſis.

Sis etenim quamvis tu criminis immemor adi
 Quod semel elueris largiti sanguine Nati;
 Nos meminisse tamen patrem offendisse benignū
 Par fuerit: gemitusque in seram extendere uitā:
 Criminis & nostri nos nobis pendere pœnas:
 Placato ut simul in patre exsultemus ouantes;
 Ac simul in nobis lapsū indoleamus acerbo:
 Surgētesque animos mens ut memor ipsa retētet.
 Hec si non nostri, at Nati concede fauori;
 Cunctorum pro commissis qui victima factus
 Te supplex rogat; & luentia vulnera pandit.
 Aeneus hic ille est Anguis, quem Legifer olim
 Quò tendant acies admorsi membra colubris,
 Suspedit malo populis. hic masculus, ille
 Balabat tenerūm priscis qui altaribus Agnus
 Anniculus, maculis candentia vellera nullis
 Fuscatus; cuius rorantes sanguine postes
 Liminaque abstineat vibratum vindicis ensem.
 Hue oculos tollenti, huiusque cruore rubenti
 Parcere te sancta admoneant tua fœdera plebi:

Sicut & Si tua progenies odys desuetus inquis,
 nos dimittis Mortales & amore omnes amplectimur uno;
 timus. Exemplis, pater alme, tuis; qui ab origine natos
 Comuni cunctos communibus excipis auris;
 Tellure & nutris una; atque uno undique calo,
 Vno sole fones omnes; atque æquus eodem
 Imbre rigas: nulloque beas discrimine cunctos.
 Quid pace, o, melius placida? tutaque quiete?
 Miti-

Mitibus, o, quorū inflat & mortalib[us] irā?
 Dicite, quēis certarē odijs, quēis vltio cordi,
 Dicite num quis ita est amentis pectoris, vt si
 Articulus tumeat, mox amputet? ille dolore
 Pertentet licet inuasum cruciabile corpus?
 Nec foneat magis, atque magis? securag[3] poscat
 Auxilia, & succos longinquos arte paratos
 Peonia, mixtosque timens superungat odores?
 Tum circum affecto gossampina mollia membro
 Obliget; irritet ne vis improuida tactu?
 Neu circumflantis rigor vrat frigidus aurā?
 At qui parua sumus magno de corpore Christi
 Membra omnes: omnes nervis cōpingimur iſdē:
 Vna caro, sociisque harent socia ossibus ossa:
 Mystica nos eadem iungunt sacra: sanguinis uno
 Constatamus pretio, simul una à morte reducti.
 Num locus hic odijs ullis? num litibus ullis,
 Unum ubi sunt omnes? partem hanc (age) cur
 magis illa
 Aut dolor, aut tori quæcunque iniuria mafse
 Urgeat oblata: aut, quisquam communia damna
 Communi capiti vetet expendenda relinqui,
 Disceptatorem quem dat pater optimus orbi?
 Ille graues ignominias, crudeliaque vltro
 Pertulit opprobria: & misis, toleransque malorū,
 Auctores propria pacauit morte parenti.
 Huius suasit amor cunctas ignoscere culpas
 Omnibus, offensique remittere pectoris iras:

Conuersosque hostes bene deuinxiisse merendo.
Hunc sequimur, pater alme; (atque hunc fac us-
que sequamur)

Huius sollicitè vestigia fida sequuntis,
Cursu indefesso, qua stricto it semita calle,
Approperare tuis tibi da. Ne deuius error
Transuersos usquam felici à tramite ducat;
Ne res vlla tui nobis auertat amorem:
Non leti terror; non dulcis gaudia vita;
Non caro, blāda licet medijs penetralibus hostis;
Prospera fortuna non blandimenta superba;
Non vlla illecebra; non vlla proterua voluptas;
Non etiā quidquid triste est; nō quidquid acerbū;
Non ingens quidquid spacio complectitur orbis;
Per maris, & terrae tractus, per & aetheris alti:
Nō quod erit, fuit, aut exstet quodcūque creatū;
Nec quacunque nigrae valeat moderator Abyssi;
Suggerere, hortator scelerum, fraudisque suāsor;
Ora licet centum, centum induat ille figurā;
Cunctaque transformet sese in miracula rerum:
Irritus at cœpti, nequidquam fraude petitos;
Deserat; abscedatque minor, certamine victus:
Tu modo, Sancte, tuis animos & suffice vires.
Ille refert facie lucis persepe ministros;
Et referat: modo sublimi des aethere spectans
Auxilium; neque nos incantos, inque paratos;
Ambiguo's ue unquam rāta in discrimina mittas;
Mens quippe assidue sēuis agitata procellis,
Sepe etiam ignitis penitus transfacta sagittis

Ne nōs in
ducas in tē-
tationem.

qute

Iure paucet trepidans, inimica conscientia fraudis.
 Nam veluti nemorum terror, per Caspia lustra,
 Marmaricis ue ingis, aut in Libycis desertis,
 Quum longinqua fames cognatas asperat iras,
 Horrentemque iubis rabies vesana fatigat,
 Omnia peruidens latè leo perugil errat:
 Ac forte ali pedem descendere vertice ceruum
 Obscuri nemoris si per diuortia nota
 Prospexit procul, & iam pascua lata petentem;
 Subsidet in ventrem, frondosis abditus umbris;
 Exsultatque intus tacitus: seque armat in unguis,
 Extimulans animos arresta verbere cauda;
 Donec se oblato exsiliens superinicit altè:
 Compræsumque tenens, incassum vana gemetè,
 Seraque luctantem, & capitis frustra arma mo-
 uentem.
 Improbus ingluuiem horrendis laniatibus explet:
 Undique sic omnes tentans casusque, viasque,
 Infernis in nos hostis submissus ab antris
 (Conceptos rabido sub pectore dum coquit astus
 Perfidus, atque odijs non exsaturabilis ullis)
 Appetit insidys improuida corda pericli:
 Inque necem hand dubiam securos pellicit astu.
 Has fraudes (nostrí tibi quæ, pater optime, Libera nos
 cura est)
 Hos sine nos exire delos. Da fallere technas
 Innocuos Errorigenum (quæ plurima turba)
 Monstrorum; in nostrū noctisque dieque ruetū
 Exitium. scis namque (nec est tibi dicere nostrū;

Nos sed par nostræ est censere pericula luctæ
 Nocte olim ut genitrice, umbrosi ex præsidere regni
 Prodierit vacuis illudens mentibus Error.
 Quidam cui nigra cæca Ignoratio sylva
 Tres compressa dedit natos: primūque Timor,
 Stare loco dubium; toto cui plurimus ore
 Pallor, & infirmo titubat cum poplite corpus.
 Quem sequitur Torpor, protenta inglorius alio;
 Cui somno nictant oculi: tarda ocia cordi:
 Nullaque languenti dependet dextra lacerto.
 Tertia post soboles, ridente utroque parente
 Nata, immane Scelus; terris & tetricis ipsis
 Fratribus; & si non partes informe per omnes:
 Nam variae pesti facies, numeroque carentes,
 Numera ora sonant: totidē bis brachia; bis tot
 Audacesque manus, pluma & pernice volucres
 Sunt planta: nullā caput aurē infame, nec ullum
 Lumen habet dextra, sed tantum parte sinistra.
 At mōstrū usque adeò infanstū, numerisq; pudē
 Omnibus, una puellarū non spretuit amicum (dū
 Stultitiae matris prima & stultissima proles,
 Et nullis oculis genitricis ab ubere, & ultro
 Soluaga in nebulis deprensa Philautia vanis;
 Oratot, atque manus, & vasto in corpore membra
 . olim: Dum secū explorans, sibi tot iam cōmoda, tot iam
 Delicias animo demens & fingit honores.
 Illa dedit plus mille vno sub tempore natas,
 Or genio varias sic uno nomine Curas; Quis

Quis volupe est studijs consumere inanibus annos.
 Mox etiam natos simul est enixa gemellos:
 Nec sat certa fuit mater, prior esset, & aeo
 Grandior, an Furor, an Contemptus; (nominaque
 post
 Euentus, non ipsa, dedit) surda ster uterque;
 Ast oculis etiam cassus Furor est: videt alter
 Ipse quidem, attollit nunquam sed lumina celo:
 Cetera sunt membrisque pares, & imagine vultus.
 Ultima processit generis deterrima fædi
 Progenies, exosa polo, & terrestribus oris;
 Ipsa sibi inuidiosa, & Desperatio matri.
 Lumina stat immota solo: mente horrida spectra,
 Senaque dirarum exagitant simulachra ferarū:
 Nulla quies animo est: urgent facta impia semper
 In præceps: nullam potis est optare salutem.
 Usque fugit, monitis nunquam renocabilis ullis:
 Et laqueos, & tela parans, leti anxia, querit
 Inuisam, quacunque potest, abrumpere vitam.
 Omnibus augēdæ his sobolis cura, atque potestas:
 Vnde nouæ veniunt per tempora singula pestes,
 Fra, Dolus, Ves, Insidiæque, Iniuria, Fraudes,
 Impietasque, Supersticioque, & fœda Libido,
 Cacus Amor rerum, Risusque, Focique salaces,
 Illecebrae, Obloquia, Ebrietas, Gula prodiga,
 Sordes,
 Præliaq, atque Inimicitia, atq, Superbia demes,
 Inuidia, atque Odia, & Nuga vanavsg, serètes,
 D 5 Dedecus

Dede^{cus}, Ocia, Languor iners, Obliviam recti,
 Luxus, Avaritiesque, & Honorū insana cupido,
 Queis terra haud satis est; ignotū curritur equor
 Nauibus, & pugnare auris iuuat, atq^z procellis;
 Fratoque causis pelago insultare carinis: (nis
 Quaeq^z hominū metes minus haud infestat, ina-
 Questio; quā circa Cōtentio, Lemma, Sophisma,
 Multaq^z que, trāuersa tuens, gerit Heresis ora;
 Quæque sedet rigido grauis Obduratio collo:
 Tum Labor, & Luctus, atque arūnosa Senecta;
 Tū Morbique, Metusq^z, inopes, Horror q^z, future
 Post varios Casus, post mille Pericula Mortis:
 Totque alia ex alijs monstris orientia monstra,
 Quot folia arborib^z viridat; quot gramina capi;
 Quot vaga sustentat nutrix animantia tellus;
 Quotque natat æquor caudis, quotq^z æera pennis;
 Principiū generis quibus omnibus inscius Error.
 Omnibus immortale aūn est, dum sidat in igna
 Mundus; & extincti requiescat Temporis orbes.
 Omnibus unus amor, nec defectura voluntas
 (Qua datur) oppressisse tuam per secula gentem.
 Tu, Pater, hec tot monstraruis auerte benignus;
 Nosque auerte malis miserias quecūq^z meremur.

Quia tuū (Nāque præit cūclis tua summa potētiarebus,
 est regnū, Quū liber; atq^z tuā vim nulla vetare potest vis)
 & potētia, Hos animis tantos nostris tu pelle timores;
 & gloria Tot circumfusa & miseris defende pericla:
 in secula, Tu prohibe infundas acies, ne quā, agmine facto,
 Mul-

Multifido impellat labefactos ariete postes,
 Pulchra voluntates ubi Mens Ratione gubernas
 (il)sedet solio: C, te praeside, signa tuerit.
 Tu Mentē, Pater, ipse moue: galeamque coruscā
 Certa Salus ponat capiti. tua sancta rigentem
 Circumdet loricam humeris, auroque trilicem
 Justitia. haud ullis usquam penetrabile telis
 Quālibet igniferis clypeum dē firma sinistram
 Ferre Fides. alma Aurati spirabilis oris
 Fulmineū dextrā ancipiteque accōmodet ensem;
 Obstantes quo nil paucans diuerberet umbras;
 Usperei secura odij, secura veneni.
 Ut post militiae completa munia fidē,
 Suppetijsque tuis pugnata tot ordine bella,
 Exercet quos Vita pios, Mors sancta coronet:
 Act tandem placida eternū sit Pace fruisci.
 Sic erit: haud dubitare licet: sic, sic erit; has nos Amen.
 Quando tui motos dulci spirantis Amoris
 Flamine, vis, dictante preces tibi fundere Nato,
 Qui Sermo est, Pater, Osque tuum, Verbumque
 perenne;
 Unum quod tecum nullis abolesceret ab euis.

ORATIONIS DOMINI
CÆ PARAPHRASIS, COM-
PENDIO PERSTRICTA.

Quicardine supra poli celsissimos
 Sedes amictus lumine,
Da nomen, o, tuum, Pater, sanctissimum
 Efferre gratis laudibus.
Te noscat orbis uniuersus unicum,
 Secletur & regem sibi.
Vnus & tui voluntatem libens
 Faceat; auersans suam;
Ceu parer omnis turba calitum tibi
 Summo beata in æthere.
Nostros at artus tu cibando sustine;
 Mentesque nutri calitus;
His donec aruis ambulantes tristibus
 Paternum anhelamus solum.
Tum, (qua genus nostrum fones clementia)
 Remitte cuncta crimina;
Nostris ut ipsi, iam fauentes, hostibus
 Donamus ultro noxias.
Gressusque fluxos, ne labentur, fulcias
 Tentationum in lubrico.
Quin, omnibus nos eruas periculis,
 Potente clemens dextera.
Rata, o, parens, hac quæ precamur effice.
 Agnosce Natiformulam.

AD

AD EVNDEM ILLVSTRIS
SIMVM REVERENDISSI-
MV MQVE PRÆSVLEM.

Hec etiam, venerande Heros, qua car-
mina magni
lessi ad citharam me cecinisse iuuat
Post decies senos varianti sorte Decembres,
Dum recolo vita noxia facta mea,
Accipe: si que probas nostri monumenta doloris,
Auspice te longum postera turba legat.

Lectori.

NE me, (quæso) Lector, anxium interpretis munus
hic mihi sum pessime arbitris: cui inidoneum me vel
ideo facio, quod sermonē Hæbræū, ex quo. vno maxi-
mæ petenda fuerat Psalmorum exactior interpretatio, di-
cisse mihi non contigit. Vnum autem hoc mihi studi-
um fuit, vt nostris hominibus Davidica Latinè canentib-
us, ipse meis quibusdam modulis placidū aliquid quasi
accineret. Quam quidem ad rem satis fore mihi piaui,
si neque Vati ipsi obstrepuisse planè dissonâter mea mu-
sica judicaretur; neque quidquam vel absolum penitus,
vel sacratissimæ Religioni parum congruens tuis auri-
bus ingestissem. Hoc te præmonitum voluimus, ne quid
minus de nobis animo præciperes, quam esses cōpertur.
Tu vero nostram operam fac candidè suscipias; ac no-
lascum his ipsis prosodijs, qualescumque sunt, æquani-
miter fruare.

AD PSALMORVM SEP-
TEM, POENITENTIALES QVI
VOCANTVR, PRIMVM; ORDI-
NEVERÒ Psalterij sextum: Cuius initium,
Domine ne in furore tuo &c. neque in
ira tua &c.

Quid iuuat immites ira exercere furores?
Cur libet in miserū facire, o Sūme, iacēti?
Seu mihi tu mavis Dominus ne Pater' ne vocari.
Fas equidem Domino loris sudibusque superba
Mancipia, & duros compescere cōpede verna.
Submissam at sibolem leni admonuisse flagello.
Fraſat patriæ est, miserando, & dulce premendo.
Ne Dominus mihi sis. genus at miserare caducū.
Ipſe pater, natique hauri pius ore querelas;
Et ſpiria, & abruptos gemitu ſingultus.
Pœnarum exhaustum ſatis eſt. Ignosce fatenti:
Da veniam ſua ſunt pridem cui crimina pœna.
En, etiā vix mēbra trabo. iam morte propinquus
Diriguit trepida attonitus formidine ſanguis;
Frigidaque ignauus præcordia contrahit horro:
Inque imas rigor inuasit trans oſſa medullas.
Languet nec minus ipſe animus. Vix halitus ori,
Vix tenuis ſuper aura: & iam fugitius aberrat.
Spiritus, ut fauces hæc agrè in verba reſoluam.
Tu medicam(ceſſas, o, quid Pater?) exere dextrā.
Rumpe moras: nec differ opem; neu defere vieti:
Nem

Nec ne malis ultra tantis tua lumina conde:
Quin duros tandem inspiciens auerte labores.
Nec me a tot toties commissa pia clara retardent:
Te tua sed moueat pietas, & cura parentis:
Et iam defectum urgenti me subtrahet leto.
Nam tibi quae tristi damnatum dedere morti
Laus erit? an' ne ego te pallentibus abdit⁹ umbris
Concelebrem⁹: laet⁹ ne feram tibi carmine laudes,
Permanes tua facta vehens ingentia vates?
Esto, me innocui macularim sanguine amici,
Nomen & ipse meum: sim fulcræ aliena sequutus
Contemerans: at nunc lachrymarū undātia riuis
Flumina doq; daboq; thoros quibus atq; cruentem
Eluat, assiduus dolor, ac mens conscientia damnet
Excrans infame scelus: mœst osque per omne
Protèdat gemitus auum. me nulla querentem,
Nullaque me flentem, singultus nulla crientem,
Et tua pulsantem deprendet sidera questu
Non rediuiua dies, non nox obscura tenebris:
Depulsa quoniam tandem, Deus optime, nube,
Que caligantes oculos mihi densa premebat.
Inuoluens, scelerata tuo nunc munere cerno
Criminaque, informesque notas, aciesque malorū
Undiq; me errantū circum; & violenti ferētum
Sepe diisque nimis miserandæ vulnera menti.
At forti tu pelle manu: tu disisce castra.
Euge, pie valuere preces. Deus optimus, euge,
Euge, Deus qui cuncta suo sub numine torquet,

Audijt

Audijt excelsō a solio mea vota precantis.
 Ergo procul. procul hostiles fugitote phalanges.
 Vicitus. en. tutum mihi restulit ille salutem,
 Sponte suu. veterem indulxit placatus honorem,
 Dirorum oblitus scelerum, sordisque nefande.
 En. solidus membris redijt vigor. en. redijt mens.
 Hauserunt iterum assuetas præcordia vires.
 Et sanguis calet; & tepuere per ossa medulla;
 Jamque redux animus sua ridet damna dolendo.
 At, quicunque meis male faustis casibus olim
 Plausistis, fractoque mihi insultasti acerbi,
 Seu fraudum artifices. seu lati rebus iniquis,
 Frustrati post hac spe contabescite inani.
 Tu quoque de fletu mea qui feliciter ora.
 Inmadiisse doles, liuore vrare perenni:
 Hincque tua procul inuidia comitante facesse.
 Aut, si quæ potior vestris sententia rebus,
 Induite actutum, mutati mente, pudorem.
Quin etiam admisso sceleri iam vos quoque pacē
 Poscite, sic lucem vobis pater ipse serenam
 Annuat; amplexus & conciliatus amicos.

Ad Psalmum pœnitentialem secundū,
 qui est ordine xxxi. Cuius initium,
 Beati quorum &c.

O, Fortunatos nimium, nimiumque beatos,
 Cælitū pater atq; hoīm quos crimine soluit,
 Damnatos proprio iudicio; & sua facta perosos.
 Quādo-

Quandoquidē sibi detectos Pater optimus actus
 Celat; & oblitus fletum scelus obtagit ultro.
 Nescius ac veluti rerum, mala nomina nostra
 Inducens, merit as clemens haud imputat iras;
 Fassurus ni quis se falsa voce festillit;
 Atque dolos, tacituque nefas sub pectori condēs;
 Perditus adiecit veteri noua semina culpe;
 Ac duplices meruit tecto pro crimine pēnas.
 Ipse ego (nā memini, & sēper meminisse iuuabit)
 Impia facta meo quēdam sub corde premebam
 Dissimulās longūm, ne quidquā insanus & amēs;
 Indulgens ausis dum mens conniuet inquis:
 Catera plorabam tristis, veniamque precabar;
 Detestans exosa: atque arces voce fatigans
 Assidue aethreas, lachrymas noctesque diesque,
 Eductosque imo trepidos è pectori questus
 Fundebā; requiemque oculis animoque negabā.
 Et mihi fessa graui tabebant membra labore;
 Ossibus & medijs defectus inaruit humor.
 Maturas veluti quū vis coquit ignea messes,
 Esteretes calami & flava torrentur aristæ.
 Tamen interea, Deus o iustissime, multo
 Verbere, & usque nouis excordia pectora pœnis
 De super urgebas onerans, nec facta verentis
 Sat mea, nec lapsi pendantis temporis horas,
 Dedecoris nec sat proprij mala damna putantiss;
 Donec, que tacui, subigis commissa profari;
 Cuncta retexentēque & adhuc neglecta notātem.

Hac ego nam mecum. Domino quin pectora pando?
 Cur simule? quid uero excusem? vel blandiar ausis
 Unde meis: me quin totum, meaque omnia temnem?
 Auersor? vindicta que & voce & mente lacefso?
 Sic ego vix, orsis aduersa prioribus orsa
 Iam meditans, effatus eram; tu protinus audis:
 Audis; & pariter placatus criminis donas:
 Immemor actorum, meritae simul immemor ire.
 Atque (agedū) quis sic fulcitur robore sancto
 Pectus habet? quequam stabilit sic conscientia virtus?
 Ut non summe Deus, sua tecum gesta recensens,
 Lancibus expendat iustis quaecunque patrabit?
 Ac fassus veniam erratis pacemque requirat?
 Disce meo exemplo, quicunque es, disce pericolo,
 Factori nil velle tuo texisse tuorum,
 Omnia scrutati, atque imma abdita mente videti.
 Nec tibi sit poenas unquam geminare negando:
 Suspectis nec opem pudeat, depositere rebus.
 Hac secura piis requies; ignota profanis.
 Quae satis statio est hac unica fida carinis.
 His placide sternuntur aquæ, non horridus Auster,
 Trux uero Eurus ciet emoto saeva equora fundo.
 Attibi quas grates referam? quas dicere laudes,
 Sande, iubes? qui me tumidis irata procellis
 Tot maria exsuperasse, atque hos subiisse receptus,
 Faque tenere tuos das, te duce & auspice, portus?
 Quippe etiam (ut mihi certa fides, tibi plena potes-
 tas)

Hot.

Hoc quæcūque caput quoniam discrimina cung³, ab
 Hostem anent, pius eripies: sententia cedit
 Nec tua, Sancte, retro; mibi quū secura iubebas
 Sperare auxilia; & rectis confidere coptis:
 Ipse ego te clara radiatum lampade (dixti)
 Per duros casus, per saua pericula ducam:
 Lustraboque meis oculis vestigia gressus
 Cuncta tui, fidus solersque ad singula custos.
 Uos tamen, ô, duclore viam queis, carpere tanto
 Posse datur, pressisse iuuet vestigia pone
 Illius; atque pedem nusquam fixisse morantem:
 Ne pugnasse duci; ne de seruisse vocatus:
 Qualiter acer equus capisque proterius apertis,
 Consperxit circa si quando armenta vagari
 (Seu difforme genus contendens muli lupatis)
 Flebit iter gyris; neque lentas audit habenas.
 At se fessor nunc frēna quatit; mox, percitus ira,
 Aut pugno celeri, aut baculo per tempora adacto,
 Colla ferit, ferit errantes non irritus aures;
 Accreber ingeminans calcaria dura, relictam
 Cogit inire viam: ille, moræ dispendia pensans,
 Inuitos glomerat, iusso sub tramite cursus.
 Scilicet omnipotens genitor scuticāque coruscat;
 Ipsius & nulla cludit mens auia dextram.
 Ast quicunque libens illum sectatur, & eius
 Se dicat arbitrio; atque uni consilus inhæret;
 Ille sibi per cuncta bonum, per cuncta benignum
 Seminet; & ditispe non frustrabitur usquam.

Quare (agite) este pi: Patri vos credite, vestris
 & ethereis magna testantes gaudia voce.
Illis & latè populis iactate fauores:
Illis atque alacres præscripta capessire iussa.

Ad tertium Psalmū pœnitentiale, ordine
 xxxvii. Cuius initium, Domine ne in fu-
 rore &c. quoniam sagittæ &c.

SAtque superque datū irato, Deus alme furor,
 Si satis vlla meo plectendo in crimine pœna est.
Nam merui (& meruisse dolet) nec ferre recusem
Quo tua cunque manus me perfudisse malorum
 Dura queat; iustusque in culpas incitus ardor;
 Non si perpetuò cruciādum immerget. Auerno:
 Sit tantis modò nostra malis vis aqua ferendis.
 Sed leuior meritis, grauior sed viribus ira est
 Ista meis. iaceo innumeris, ter maxime vindex.
 Saucius, intorsit tua quæ mihi dextera telis:
 Vndiq; & imparib; miser, ah, miser ubruor armis.
 Nec super vlla salus mēbris, spes nulla superstis.
 Te feriente, meis, quin imis insidet horror
 Ossibus: & mihi genua labat: penitusq; medulla
 Infestat timor intus agens; opprobria mecum
 Turpia transactæ infando sub crimine vita
 Dū repeto memorās; mēs ipsa & quassa laborat.
 Nostræ nec species alia est, aut sortis imago,
 De male directa quam qui rate desilit altos
 Naugragus in fluctus; proprio & se pödere mersa
 Obru-

Obrutus: exsuperat caput unda premensque uer-
 lutansque;
 Ille sui rotat ambiguus: letalis amaror
 Ora opprens spirare vetat; dum redditus auræ
 Uix tandem, infesto protendit brachia ponto;
 Littoraque aspiciens celsum ferit æthera votis.
 Sic etenim mea me errantem commissa fatigant:
 Sic mersere malis: premitur mi sic caput undis
 Infidis, at, Sancte, velis sic reddier auris:
 Ingratumque salū vomere; & liquida astra tueri
 Reclusos oculos: remeet sic spiritus ori,
 Qui tibi seruat & voneat pia munera vitæ.
 Quid memore, ut, tua quā sederunt spicula carni
 Fixa mea, nusquam concreuerit illa cicatrix?
 Dum securus ago, cura & mibi nulla mederi est?
 Vulnera & ipse mea, impatiens pruriginis acris,
 Dum refrico scalpente manu vesanus: an, ulcus
 Vi modo sit, quod vuln^o erat? post quā ōnis ab imo
 Computruit iam plaga? meisque erroribus aucta
 Seu a mali rabies pascatur ut omnia late?
 Fator & infectans vicinas imbuat auras?
 Cunctatibi perspecta, Pater, sed mea fari.
 Heu, culpis duplicata meis compellit egestas,
 Bis miserum; bis languentem; bis duratimentem
 Verberaq_z, crudæque iterando cuspidis ictus:
 Si tamen (in toto sunt unum ubi vulnera vulnus
 Corpore) successisse queat noua plaga vetus;
 Quæ me curvat humo: quæ tristi cōpita planctu

Complere, & vacuas cogit miserabilis auras.
 Nil humeri, nil ferre valent columba terga:
 Et solita effetae declinant pondera vires:
 Deseruitque omnes penitus decor & vigor artus.
 Reptantem me cerne solo; gemitusque sonoros
 Quos indignanti nunc atque extrema frementi
 Expressat de corde dolor, placabilis audi.
 Nota, Pater, tibi vota anima languentis; ut ore
 Nil sit opus: verbique vicē hæc suspiria supplēt:
 Fundere quin mihi verba graue est. iam peccator
 anhelo

Deficio: refugit toto de corpore virtus.
 Jamque adeò exsuccos caligine velor ocellos:
 Obtundunt tenebra iucundi luminis orbes.
 Nam quid amicitiaeque fidem, violataque sancti
 Jura sodalitij querar? ut charissima turba
 Spreuerit illusum: feraque in me verterit armas?
 Ut coniurat & ruerint in bella cohortes
 Impia? nequidquam ut mendacia scpe loquunt
 Struxerit insidias gens perfida? milleque technas?
 Tendat ut in nostram mille & discrimina vita?
 Insontem infamique nec deuouerit amens?
 Quid tamen interea rabida ad cōuicia surdus,
 Elinguisque, minas nullas, nulla aspera contra
 Iurgia, nulla procax immitia dicta resserem,
 Certus opis patriæ, non me tua, summe creator,
 Destituet(dixi) pietas frēt ista vocanti
 Desuper auxilium celerans: nec me mea fallēt

M^{ag}

Magna fides. nostri nullus dominabitur unquam
 Hostis ouans: mea nec fugientis terga viaebit;
 Terga licet ferulis scindi & dignissima flagris,
 Si mea, quæ aeterno mihi sunt commissa dolori,
 Anquiras vltor; toties nec fletar remittas.
 Sic ego. tu caelo innocuum tutatus ab alto es.

Nunc quoque, magne parens, hostis quando ag-
 mina densat.

Me contra ferus, atque odijs accedit amaris,
 Totque meum unius petitur caput undique telis;
 Ne bene pro factis capiam mala præmia, crimen
 Nemibi sit pietas, hostique ignosse benignè,
 Me iuge; fidentemque tuis ne desere dictis.

Sii prope: & adiutor mecum ipsa in prælia tede.
 Te pugnante salus, te defendente salutis
 Pulchra comes niaeis aderit victoria pennis:
 Atque triumphali mea cinget tempora lauru.

Ad quartū psalmū pœnitentialem, ordine l.
 Cuins initium, Miserere mei Deus, se-
 cundum &c.

No ne avis animi est misero, no tata facultas,
 Magne De⁹, mille ut species, ut nomina mille
 Mostrorū, quæ mœstā agitant crudelia mente,
 Nec vel summa quidem libans vestigia rerum
 Explicitem: nec tot mihi dira admissa pianti
 Sufficiant lamenta. patent tibi at omnia latè,
 Omnia scis qui, & cuncta vides. Tu suggeres faclæ:

Tu lachrymas mihi, Sancte, moue miseratus amar-
 ras;
 Placari tibi quae libeat, mea maxima longè
 Sunt scelera: est tua sed maior clementia; maior
 Est pietas; maiorque meis miseratio noxis,
 Vna potis cunctos cunctorum abolere reatus.
 Hac mihi tota opus est. totam, Deus optime, posco
 Suppliciter mæstus. tu ne auersare precatus
 Afflictique, humiliisque, & tellure ore premēsis;
 Depositoque tibi fastu, atque insignibus aureis,
 Jam pectus lachrymis inultaque menta rigantis.
 Tu fontes reclude tuos: tu fiumina sacra
 Inuergens, multa impurum caput ablue lymphas;
 Atque ora, atque manus, oculosque, infectaque
 toto
 Corpore mēbra; nec atratam minus elue menti.
 Nam mea te quid damna iuuet celasse, pauenti
 Si requiem auctori noctuque dieque morantur?
 Si irepido ante oculos semper presentia constant?
 Mussit et infelix regum facta effera vulgus,
 Quos, nisi tu, nemo iudex impunē notarit.
 At tibi quae peccat, tibi cur tegat improb⁹ error?
 Quis taceat, quae te proprius spectante peregit?
 Nec veniam potius de prænsis postulet ausis,
 Promissi memor, Alme, tui? te nam fore dixisti
 Immomorem culpæ sua qui tibi crimina damnet;
 Sebeturque nouos renouato pectora mores.
 Hæc sine me quoque ferre tua solatia vocis:
Hunc

Hunc tibi nec quisquam eripiat pictatis honore,
 Deiciens vana dubias formidine mentes;
 Ac sperare vetans, te te sperare iubente.
 Atque equidem, qui me purum, qui labis inanem
 Ipse feram: immundo mihi si de semine constant
 Principia: atq; humana omnis vitiosa, ppago est,
 Primum inculta de proditione parentum?
 Hocque mea imbutū genuit me crimine mater?
 Cur tibi vera negem: cui me fas vera fateri;
 Qui verax me certa doces, penitusque reposos
 Thesauros sophiae arcanae mihi sponte reclidis:
 Vaniloquūmque sophūm das ignorata tenere
 Mentibus, indicia inspirans: venturaque certo
 Ordine concedis longē prānoscere fata.
 Que mihi signa tui quum sint manifesta fauoris,
 Pollicuis cur indubitet mens leua supernis?
 Aut ego cur animi verear tibi prodere labes,
 Sande, mei propera viui tu gurgitis undam;
 Meque humili ramo hyssopi consperge sacerdos;
 Rytibus & lustrans sacris contagia tolle:
 Squalentesque lauans artus, atque aspera crustis
 Restitue antiquo placatus membra nitori.
 Sic meus annos non cedat candor olori:
 Pronocet at nitidos argentea lilia flores:
 Intactas superetque niues, canasque pruinias.
 O, qui felices à te mihi nuncius aures
 Impellat veniens, gemitu te, maxime rector,
 Indulisse meo placide. quantum ille beatæ

Letitia? quam non peritura, o, gaudia portet?
 Ille mihi fugientem animam retraxerit: ille
 Conquassata feris solidarit ab ictibus ossa.
 Quod si nostrarum tuis piceat te, Sancte, tueri
 Fœda oculis delicta; illis auertere vultus
 Sit satis intercatamen aspergisse benigno
 Lumine me libeat; lucemque afflasse nitentem,
 Auratis nebulas radijs quæ pellat opacas;
 Intimasidereis lustrans præcordia flammis:
 Perque animæ latebras, imæ & penetralia mētis
 Peruadens, sorde excoctum depuret ab omni:
 Compositusque nostas halet mihi spiritus auræ.
 Si pius exaudis te supplice voce rogantes;
 Ad te si nullum redeuntem amplexibus arcus
 Quin nostras quoq; Sancte, preces admitte: nec as-
 Accessu prohibe reducē: nec vota refutans (per
 Me tibi ferre veta, dictat quæ numinis Aura
 Sancta tui. veniat vox nuncia lata salutis;
 Tergere quæ iubeat lachrymas; quæ surgere fœda
 Mandet humo: referensque animos quæ prin-
 cipe dignos,
 Iam reddat mihi me: proiectaque sceptra reponat;
 Ac me regali stabilitum sistat honori.
 Sic specimen populis, vastū quācunque per orbē,
 Mestaines; cuius mansura exempla sequuntur
 Hortantis, monitisque pijs factisque mouentis,
 Iam versis animis, iam noxia facta dolentes,
 Fre iter instituant tua sub sacraria, lati

Unde

Unde suis veniam noxis requiemque reportent.
 O, tantum maculas fusi deterge cruoris
 Infantis, Deus, alme Deus; spectacula mentem,
 Exterrent que dira; dieque & nocte fatigant.
 Usque noua; placidam non concessura quietem;
 Pallida dum cœsi assidue obuersatur imago,
 Signa ferens præse immanis dotalia stupri.
 Has mihi si, mea magna Salus, deponere curas
 Posse dabis, ne ego veridicæ præconia vocis,
 Iustitiaque pie memorabo carmine laudes,
 Carmine quod ventura omnis mirabitur atis;
 Gensisque omnis, sexusque omnis; quæque aduena
 surget.
 Religio alternis repetens canet aurea templis.
 Tu modò, tu mihi labra ciens, tu filia canore
 Contendens cithara, sublimibus annue cœptis:
 Atque alijs post nos eadem recinentibus adsis.
 Hec ego sacra feram, ferebat tibi turba nepotū.
 Hec erit aeternum cunctis tibi victima terris.
 Quandoquidem non te respersæ cœdibus are,
 Non delubra iuuant pingui squalentia tabo:
 Sed mēs fracta metu, tetricis mens territa culpis;
 Mens exosa nefas, & amans sua damna fateri;
 Iamque piare parans gemitu, ac melior a sequēdo.
 Hanc tu flammanti si spectas aquus ab æthra,
 Atque soues pius, aspirans felicibus auris;
 Non minus, Alme, tua memor aspice ab arce
 Sionem,

*Instaurans Solymas dilecti in vertice montis:
 Mæniaque, & celsa te surgant auspice turra.
 Illic te innumeræ properantes vndique gentes,
 Sacrificiumque manus celebrèt; tua facta ferètes
 Carminibus grati patrijs: tibi mystica figant
 Donatholis: holocausta focis & lecta cremabunt
 Barbatique gregis; balanum & mille bidentū:
 Cornuaque intextus varijs aurata corollis
 Imbues assiduus sacrata altaria taurus.*

Ad Psalmum quintum pœnitentialem, or-
 dine primum & centesimum, cuius initium
 est, Domine exaudi orationem meam, &
 clamor &c.

*Q*uæ longis fluxere haud exaudita querelis,
 Ne mea vota nega placidas demittere in
 aures,
 O, qui res hominum aeterno moderaris ab uno,
 Magne parens: & quæ toties conuxa pererrat
 Celsi poli, penetrat patrias vox improba sedes:
 Ulterius nec verte meo tua lumina vultu.
 Mitior at lachrymas, quas annuis, aspice: & vdo
 Cum fletu eductos gemitus tractabilis audi.
 Et quoquaque loco, quoquaque in tempore post hac
 Ad celum cum fronte manus & pectora tendes,
 Ipse graues querula testabor voce dolores;
 Desuper inclinans rebus succurrere lapsis

Appro-

Appropera, atque adeò labenti morte propinqua
 Lenus ades; leti nodos & vincula rumpens.
 Nam veluti, quum se è torri fert fumus in altum,
 Siflauere Noti, nubem collectus in atram
 Cedit; cedendoque minor, rarusque sub aurás
 Vanescit: non forma, colos, nomen ue supersunt:
 Sic tenuis mihi vita fluens diffunditur; ossaque
 Avescum haustis sensim, ceu tosta, medullis.
 Sicut & in pratis secuit quum gramina messor.
 Aut carpsit duro quem pastor pollice florem,
 Siue rosa Idaliae, seu punicei narcisi,
 Procumbitque solo; & vapidō flaccescit ab astu;
 Cor mihi sic languet moriens. non ullā ciborum
 Cura subit stomacho; vitrei non ullā liquoris.
 Exsucce a gemitu mihi & assiduis lamentis
 Stant fauces: harenſriget aspera lingua palato.
 Vix tegit ossa caro. absumptæ cū sanguine vires.
 Qualis & obscuræ volitans per deuiaſylue
 Noctis auis, celo aut deserta in culmine turris
 Exercet vacuis carmen ferale cauernis
 Per tenebras; impletque infauistis questibus um-
 bras:
 Exiguus ne timens nidis implumibus, abdit
 Passer inaccessis vigilans sua pignora tectis:
 Talis ego, humana fugiens consortia gentis;
 Seu sol Eois subrepens montibus exit;
 Seu clinum superat celi; siue acer anhelos
 Vrget equos pronus; tacitas siue humida terras

Nox

Nox rigat, auratis & iam surgentibus astris
 Concomitata suas effert Luna ignea flamas;
 Curas corde premo: nec molli lumina somno
 Perfundisse datur; nec amicam hausisse quietem:
 Undique dum clamosa sonant conuicia circum
 Hostilis turmæ, frendentque indigna ceteræ.
 Quique prius cecinere meæ præconia laudis,
 Nunc excorantes odio inseclantur iniquo;
 Exagitatque probris miserū fannisque proterui.
 Cernis, ut immundo mortuus dum pulucre canos
 Ac cinere inspergo infuscantem pectora barbam,
 Velatus saccis pedore horrentia membra,
 Abiectusque ad humum supplex, multa ore fauilla
 Insidet; ac socijs errans se se ingerit escis?
 Et mea decidui limphant ut pocula fletus?
 Ira tui mihi quos citat immoderata furoris,
 Assidue dum cedes, & in noua verbera pendes;
 Nuper & euectum, summaque in sede locatum
 Subruis; aliudisque solo; pressasque cadentem.
 Non ut vita mihi, sed vite labilis umbra
 Sit reliqua. ecce labo exanimis: prorsusq; caducis
 Aridior folijs; cocta & fornacibus herba:
 At tu, summe Deus, nullo unquam defisis auro;
 Omnia comprehendens æterna secula mente.
 Eia age; si nostri penitus tibi curarecessit:
 Dauidis & non stat quidquam concedere amoris:
 O, saltæ, quia tempus adest, miseresce Sionis:
 Et collis memorare tui. da posse caduca

Restit.

Restituisse tuis; & claustra reponere fessis:
 Fas hoc sit duros solamine vincere casus;
 Dum ciuis cupit; & spacum non abnegat hostis.
 Quas, o, quas subito cernes consurgere moles!
 Quot tua longinque trepidabunt nomina gentes?
 Quam formidantes tuaphnge fama tyrannos!
 Quando tua fabricata manus, subducta que celo
 Arx stabit, nullos porrò veritura minantur?
 Assultus; nullas iterum passur aruinas!
 Tunc, o, tunc omnes populique ducesque per orbē,
 Quos dominus (dicent) muros, quo mania gēti,
 Quām bene tuti sua posuit? quām fudit optimas.
 Dives opes; miseros quām leti sorte refecit?
 Illius hic cupētis superabit gloria seclis.
 Ille pio tandem miseratus lumine egenos
 Respexitque, humilēque precē nō spreuit ansicus.
 Felices, ter felices, quibus ista videre,
 Munitisque tuis continget vincere septis.
 Vos hac vos leti aeternis intexite fastis,
 Et natis, serisque legenda nepotibus olim:
 Quēs moniti dominū terraque polique potentē,
 Eterno aeternas soluentes carmine grates,
 Concelebrent. Tu, Sancte, altis longē altior astris, „
 Cernere depressas dignatus lumine terras, „
 Vinctorum audisti gemitus: atque orba parentū „
 Pignora cæsorū miserās in pristina reddis: (bē „
 Mōte sacro ut memores, sparsamq; in vallib; ur- „
 Per Solymā, regū ingēti populūmque coacto „
 Concilio,

Concilio, omni potens tollant ad sidera nomen?
 Illius aeternum iussis parere parati.
 Hec colli, Pater, ut versas creixeris arces,
 Post mea latanter recinent tibi funera grati:
 Nam me vita fugit. Sed cur tua senior ira
 Inuidet misero exigui mihi temporis annos?
 Cur properet mediae abreptum duellere vita?
 Nec spectare tuos patiars, Magne, triumphos?
 Si tua non villo declinat, vita sub aeo?
 Si nullis unquam tua gloria crevit ab orsis?
 Ante etenim terras, calisque quod undique terris
 Incubuit, tu semper eras; felixque, tuique
 Plenus: opusque tua sunt omnia condita dextra.
 Per te praecliti rapitur vertigine cælum.
 Im a tuo iussu petiit terra: undique nutans
 Nec cadit; ast ipso dubitanti pondere fixa est.
 Interitura tamen, variisque rotanda figuris,
 Sub cælo prudens opifex quecunque creasti,
 Singula sape nouant; ac sape nouata senescunt.
 Ceu tenuis longos attrita lacerna per usus.
 At tu idem aeternum es: non te labentia carpunt
 Secula: non ulli vertunt decora inclyta casus.
 Ipsi etiam quotcunque tuum venerabile numen,
 Rite colent, quaque ipse iubes obiisse studebunt,
 Ac patrum pia sectantes vestigia nati,
 Sanctaque posteritas olim ventura nepotes
 Degenit securis agitantes sedibus eum.
 Et tecum aeternis nunquam morientur ab annis.

Ad

Ad Psalmum pœnitentialē sextum, qui est
ordine cxxix. Cuius initium, De pro-
fundis clamaui &c.

*A*ncipitum insanis curarum fluctibus actus,
Depressusq; mari intumido; Scyllaq; profunda
Obrutus infelicem animā; iam vicitus, & amens,
Humanaque manus, tangendi & littoris expes,
Hos planetus, hæc intensæ lucetamina mitto
Vocis; & altisono testor clamore labores
Auxiliare malis tantis. ne respue durus
Quæ firma subnixa fide, deprompta que ab imo
Pectori vota fero: at q; aurē mihi pande benignā.
Quippe hominū tu cunctorum commissa seuerus
Quæsitor si cuncta notes, pœnasque notatis
Ex quære pares rigidus per singula vindex;
Subsisterit nemo: tantas neque perferet iras:
Sustineat quis enim immortalis verbera dextra
Mortalis? hosti ue queat contendere celo?
Opotius superis veneranda & cognita terris
Et pietas, & lenis amor (quorum omnia latè
Tellurisque marisque polique patentibus oris
Constant lege) meis moneant te parcere noxis.
Prost confidisse Deo: sit verba sequenti;
Illi⁹, optatum fas expectare salutem.
Te, simul humentes siccans Aurora pruinias
Exeret os latum Ocean⁹ melioris ab vndis,

Sublatam referens lucem mortalibus agris,
 Suspirem auxilio facilem; & placare laborem;
 Dum caca tacitas velet caligine terras
 Quæ mihi iam seros nox imperet atra sopores.
 Fidite Jacobi sacrum genus, addita calo
 Progenies: Dominum vobis sperate fauentem:
 Auxilium venit ille suæ (nec enim mora) genti;
 Duxijs, armisque potens; ignosce paratus
 Subiectis: res ille tuas miseratus acerbas
 Restituet: sceptris & te iam reddet auitis:
 Palmiferos reuehens, cum libertate, triumphos.

Ad Psalmum pœnitentialem septimum, qui
 c xlij. est ordine, Cuius initium est, Do-
 mine exaudi orationem meam: auribus
 percipe &c.

Hæc etiam orantem, Superum ter maxime
 rector,
 Exaudi: clemensque preci concede rogantis.
 Pollicitis stet certa fides. nec vana loquuntur
 Nec confidentes quisquam lusisse querelas
 Arguerit: veri sed te iustique tenacem
 Omnia latipatens nōrit per secula tellus.
 Agnosco scelera, en, ultro mea; & agnita dāno;
 Insectorque odijs. proprium ad subsellia seruum
 Mé ne trahes: quia'ne est iterū iam fassa fatēdū?
 Ne precor, o, contende foro; trutiné ne bilancis
 Dignas

Dignas flagitijs pœnas examine pende
 Equiparans: neq; enim rigido te iudice quisquā,
 Propitio sed Patre, nocens absolvitur vñquam.
 Huc, Pater, huc aduerte oculos; huc despice celo.
 Aspice commiserans, parte ut premat hostis
 ab omni

Impius: ut prope calcet humo: ut petijisse latebras
 Compulerit, usque impēdens, usq;, impiger vrgēs:
 Crudelisque meæ affectet spolia ultima vitæ.

Nuper Hatchilæ sub opaco tegmine sylua

I.Rcg.23.

Errabam vagus: exesi nunc Maonis antris,
 Qualiter obscuris deposta cadauera bustis,

Conditus, en, lateo, tenui discrimine leti;

Quō nunquam rutili penetrarunt lumina Solis.

Nunque adeò, armorū cinctus radiante corona

Vestigor que neci, præsentemque omnia mortem

Imitant misero: unde mihi cor fluctuat agrum:

Mensque cadit, tantis circumvallata periclis.

Et tamen, o, mibi magne opifer, certumq; mearum

Præsidium rerum, tot necum imopina salutis

Gaudia quum recolo, toties queis meque, meosq;

Ante Patres(tot iam videre ut secla) beasti,

Ereptos veluti mortis de fauibus astræ:

Tunc ego telluri similis, que cocta per æstus,

Subter ubi ardantis vehitur Sol terga Leonis,

Spirans pluuios imbris, hiæt arida latè;

Atque sinus aperit pendenti in nube liquori,

Ad te confugiens tua numina mitia posco.

F 2 Sustol-

Sustollens patulas audax ad sidera palmas:
 Nec vereor rauca te voce citare morantem.
 Tu mihi nube tua felices implue rores
 Præcipitās, Pater alme: ac te mora nullaretet.
 Nā pereo: præfcor (ades celer) haud secus, ac qui
 Thesauros frugis veteres, aut pinguis olini
 Discludens campi medio, scopulis ue canatis,
 Spiranti virus se lacco improuidus infert.
 Ergo ades, o, citus hic, ades o; nec sperne vocantē;
 Fidentēque tibi specubus, se que tibi proiſsus
 Credidit, hanc animā, tenebrisque his erue retris.
 Insidiatorum fugiat quā tela, dōlosque
 Edoceas: ducasque manu: te leta sequetur
 Ducentē; & quacunque placet tibi recta docent.
 Tu mihi nāque Deus solus, Dominusque, pater-
 que es.

Spiritus ille tuus bonus irradiabit amēna
 Me luce, alme parens; recta & regione viarum;
 Te propter, nomenque tuum, promissaque leta,
 Culmina ad alta tua gradientem diriget aula.
 His submixus ego mox te adiutante videbo
 Prostratasque acies, infra taque tela per agros:
 Captorumque premam, duce te, fernilia colla
 Jam victor. Domino at tibi mēs mea serviet vni:
 Et raptis tua sancta augebo templa trophais.


Gloria, laus, honor, imperiū, vigor, atque potestat
 Sit Patri, & Nato, sancta q̄, perenniter Aura.

AD

AD E V N D E M I L L V S T R I S-
S I M V M A C R E V E R E N D I S-
S I M V M P R A E S V L E M .

D
Autidis exemplo quondam quenis crimina fassi
Luximus, aetherei mouit ut aura poli,
Magne Pater, quo nostra soles, haec aspice vultu;
Hic etiam placeat quod tibi forsitan erit.
Nontamē aut Magnæ, Serrati in culmine mortis
Ante ego qua Matri bis tria lustra dedi,
Vidisse aut pīgeat sacrarū epigrammata rerum;
Quæne meo Vida mittere suavit amor.
Tu numeros, venerande, meos si forte probabis,
(Judicio stabunt namque cadent ue tuo)
Nominibus tua quod nostris præposta videbit
Hac pia posteritas carmina sepe canet:
Nec meruent nostræ fugientia secula chartæ;
Fata ego nec totus post mea puluis ero.

F 3 EXO-



Quate, o, sume Decor, rerūq; eterna potestas,
 (Ante piam tua plebs humiles dum ster-
 nimur aram,
 Cœlestesque dapes iterat, de more sacerdos)
 Ipse manus, mentē & trepidā ad tua sidera tollēs
 Voce sonem, non ut vox protinus ipsā laboret?
 Qua temente agitem, nō ut mens viēta faticat?
 Quo'ue in vota vocan te nomine compellabo?
 Quādoquidem te siue Deū, Dominū' ue saluto,
 Seu Regem, seu te Pastorem, siue Parentem,
 Cōmūnēque audax Patrem, altoremque vocabo;
 Et si vera loquar, tua me laus argues ultro
 Laudantem, & tituli retcgent admissa loquētis.
 Tu Deus ille etenim, rerūq; hominūq; repertor
 Unus, trinatenens sed nomina numine in uno,
 Infima cui mundi supremaque regia debet
 Ex nihilo in lucem Verbo producta potente,
 Ipse quod, eterna in temet virtute reflectens,
 Teque obiens, faeta gignis sine tempore mente:
 Per quod principium cunctis, cui definit omne.
 Fons rerum sine fonte scatens, & originis exorsis
 Unde æui tractusque & originis omnis origo.
 Cuius ab excelsō descendunt omnia natu, (rūt,
 Quā nihil, aut vanū(ut perhibet) Chaos ante sic
 Nulla luce Chaos, penitusque informis imago,
 Conſu-

Confusa & series, vis cæca, & semen inane,
 Et rerum sine te non conciliabilis ordo.
 Ast ego qui tandem? quo me tibi nomine iactem?
 Nempe operis pars illa tui, cui cuncta parasti
 Ceteraque Sol cunque videt circumagus orbi.
 Parua sequor. Sol ipse suo mihi lumine seruit,
 Claraque perpetuo famulantur sidera cursu:
 Celicolumque acies volucrum natæ æthere gentes
 Pars iussæ assidua raptant vertigine cœlum,
 Astragæ celsa trahunt, mudiq; volumina torquunt;
 Singula quo veniunt, quo perstant singula motus;
 Parti homini (quis tant⁹ amor?) das esse ministras,
 Custodesque adhibes, adiutricesque laborum.
 Ipse Deum sed quo ore vocem? qua fronte supernā
 Lumina sustollam mea tanti auctoris ad arcem;
 Figmentum esse tuum toties oblitus? & usque
 Immemor, ingratusque data spirabilis auræ.
 Quo te ego nam ritu, quate veneratus acerra?
 Qua prece? quæcis votis? quo relligionis honore?
 Te quibus atque tuas cumulauit laudibus aras?
 Quid gratū, dignum' ue tuis, Deus optime, donis,
 Dinité quæ manant momenta per omnia cœlo,
 Exhibui? gessi' ue? tulī' ue? aut sum ore loquutus?
 Idē etiā es rerum Dominus, qui cuncta coērces
 Possessor latè quæ tellus, pontus, & aér
 Temandante tulit, quodque integit omnia cœlū:
 Qui sic cuncta tenes, teneat te ut nil tamen usq;

Ast ego quo Dominū obsequio' ue fide' ue benig
Demerui: quo non potius te criminē leſi (nū
Emansor toties? toties fugitiuus? & erro?
Implacidusque? seroxque? tuū dū suave proterua
Excitio ceruice iugum, parere recusans? (lī
Nec quidquā est reliquū serui, niſi stigmata heri-
Quondam pressa manu, qua ſors nunquam illa
reuellat.

An' ne ego te Regem dicā: Rex maximus, vnuſ
Ipſe tuis opibus plenus, nibil indigus extra es.
Optimus ipſe idem Rex, & fortissimus idem,
Omnia fatipotente manu librasque, regisque,
Robur & ipſe labanti, & terror grandibus ausi;
Regibus imperiu qui dasque, adimisque vicissim,
Sceptraque diſpensas vnuſ mortalibus oris.
Cui mare, cui tellus, cui militat arduus aether,
Atq; inferna tremunt preſsi ſub Tartara manes,
Et contra nequeunt Erebī conſtarē phalanges.
Imperijs ſed enim cur mitibus ipſe reluctantis
(Me miserum) ad ſauos deſcini perfidus hoſtes,
Caſtra duciſ linquens, inimicaq; ſigna ſequuntur?
Iuraque ſuſtinui deſertor ferre Tyranni?

Paſtorem' ne igitū potius te dixero? verū
Haud ouis ipſe quidē; qualis, quū matre cadentē,
Et tremulos querulo balatus ore crientem,
Anxius exciperes; merſeque in fonte perenni
Natiuam elueres labem, & contagia dira:
Abſteramque ſalutiferæ medicamine aquai,
Canden-

Cadentemque, niui que parem, communibus ipse
 Inferres caulis bonus, in gremioque foueres.
 Tunc, tunc agnus eram; sed ouili sponte relicto
 Enaspi postquam demens, iuuitque vagari
 Rure tua procul, & per non tibi cognita tesqua,
 Nec tua me toties renocantis verba morantur,
 In preceps abiit; tergique nitentis honorem
 Turpauit coenum, purosque infecit amictus:
 Et lanugo recens duris in vepribus habet.
 Mox etiam incertis me dira venefica sylvis
 Palantem, atque mala, heu, ridentem gramina
 Circe
 (Horresco referens, est & meminisse pudori)
 Non unam in faciem, non una inuertit in ora.
 Num voluit, lanis promollibus, hispida surgunt
 Tergamibi, rigidis & inborrent vellera setis,
 Flaccescunt aures lenta, atque obtunditur ore
 Rectus, sola pedis bifidi vestigia restant,
 Et sus' stercus amo, cenoque impura volutor.
 Ut libuit rursum, plantas mutare bisulcas
 Est leue: multiplicat digitos, crudelibus armat.
 Ungibus, indomitas acuit q^{uod} sub unguibus iras,
 Conuestitque iubis flauentia pectora tortis,
 Ac iam predator nemorum secreta pererro.
 Sape eadē quoque seu vi carminis usq^{ue} potenti est,
 Seu fœtam obiecit succis immittibus herbam,
 Versicolor niteo squamis, & sibila mitto.
 Quin etiā (heu, lōgē quam nūc ouis illa recessit!)

F 5 Sape

Sepe lupus sylvas v lulatu & pascua complens
 Concutio horrifica deserta mapalia voce.
 Inde aliam atque aliam subigor sumpsisse figurā.
 Usque adeò nullos fines metata cupido
 Et mentem exagitat mortalibus auius error:
Qua prior humana iniecit ludibria genti
Quicunque ille fuit genus à quo principe nostrū,
 Sponte sua exceptus male suadi fraude chelydri.
 Ille etiam leti caussas dedit: omnia ab illo
 Corpore, & ex illa promanat origine clades,
Quia genus omne suū veniens dānauit in anum,
 Sontibus addictum Furijs, noctique reposta.

Ergo, magne opifex, quo nam te nomine dicā?
 Aut potius, quo te, miser, heu, miser, alloquar ore?
 Suspiro, ah, vereor que loqui; tot monstra fatigāt.
 Et quis polluta dicat tibi carmina voce,
 Irritans vltro incassum?
 An sileā: an timide verba intermissa retentē?
 At quem te memor em tandem, sator optime rerū?
 An mundi genitor dici vis: an genitrix Mens?
 An magis ipse vetas ullum tibi ponere nomen?
 Mortales? quum sis tantum tibi cognitus unū?
 Sensibus & nostris nimium diuinarecedant?
 Nec valeant tenebræ illustrē cōprendere lucem?
 Omne quidē, at q, unū es, reb³ quoq, onibus unus?
 Omniaq, in te sunt qua sunt; ac te nihil extractū.
 Vnde licet nomen nullum tibi, nomina mille.
 Fas posuisse tamen, dum lati utcunq, tuorum
Mille

Mille vices operum signamus mille figuris.
 Inde Deus, Dominusq; & Rex, Pastorq; Paterq;
 Diceris: atque unum pariter tot nomina numen
 Ingens, incomprehensum, & inenarrabile verbis
 Quâ licet usque tenus formis sermonis adubrât.
 Haud ullum tamen est inter tot millia nomen
 Usque tuis mage conueniens, Sanctissime, factis,
 Aut quod mille tue immense pietatis honores,
 Mille modos, mille & formas sic efferat unum,
 Pertenterque animos, ut amantis dulce Parentis.
 Hoc placet ergo tibi, gaudes hoc sape vocari:
 Hoc Natus nos ille tuus delapsus ab ethra,
 Equeus patri Natus, certusque magister,
 Quum dens humana lustravit imagine terras
 Limen ut obstrudi nobis reseraret Olympi,
 Edocuit; sancto & confidere nomine iussit.
 Et quis nam pater est nisi tu? qui cuncta creasti
 Indefessus alis, tutare, regisque, fonesque
 Progeniem? quo se se in secula cuncta propagant
 Semine quaque suo? mundi dum magna labascat
 Machina, & in tenuem considerat astra fauillâ?
 Atque abrupta suos requiescant tempora cursus?
 Quid? quod sape Deû velut obliuisceris ultro?
 Et Dominu, Regêque, verendaque nomina longè
 Dissimulasse iuuat? nam maiestate suprema
 Cen posita, mentem cupidè demittis ad ima
 Sideream, quum tu (o, pietas) iumenta per agros,
 Per nemora alta fones, ac vilia corpora curas

Ali-

Alitum, pecudumque, natatiliisque, ferarique,
 Et contempta liberte producere grama terra.
 Tunc quoque mancipijs facilis quū iura relaxas
 Mittis sepe manu, aeternis damnada catenis,
 Esse iubens caros in libertate clientes.
 Seruos sed quid enim memorē: si, quū libet, hostes,
 Aeternam mentem aeterno flammatus amor,
 Natorum adscriptos numero, hæredesque notator
 Sponte vocas regni in partem, nil tale putantes,
 Aetherei regni, quod nullum finies aum.
 Talis enim quondam Iudea missus ab urbe
 Explorare tuos, crudeli & sternere morti,
 Ceruleum ad Cydnum eductus tellure Cilissa
 Saulus erat, spirans iras immane feroce.
 At deiectus equo media ut porrectus arena est,
 Et tenebra āte oculos steterūt, squamaq³ subort,
 Excepit vocem reuocantis ab aethere Christi
 Desuper; & numen præcordia in ima recepit,
 Mutatus veterem mutato nomine mentem.
 Talis & ille tuum trabe qui sublimis ab alta
 Cum socio Natum dictis haud mollibus ursit,
 Asper, acerba sonans, donec miserata furorem
 Est tua, summe deūm, pietas; ultroque nocentem
 Aspexti que oculis Nati, menteque subisti,
 Immemor immanis facti, vitaque nefande.
 At Patris blandū nullo unquā tēpore nomē
 Exuis: atque adeo quum Rex, Dominusque,
 Deusque es,

Sen

Seu bene pro meritis caperis, seu tangeris ira,
 Tunc etiam tonuru quum conscientia pectora terres,
 Atque corusca manu iacularis tela rubente,
 Ipse idem tamen usque manus posuisse Parentem
 Nescius, antiqui non unquam oblitus amoris.
 Perdior e que satis hominum tot millibus ullum.
 Ipse doles: at sponte ipsi nos perdimur, ultro
 Spernentes patrias, infando criminis, leges.
 Usque mones, atque usque doces, renocasque, tra-
 bisque,
 Et viare iubes quæ dira pericula monstras,
 Subductosque malis amplexu stringis amico.
 Qualis cortis avis quondam si forte notauit
 Desuper accipitrem fallaces ducere gyros,
 Lamfera palantes signantem in prandia fætus;
 Continuo, hic illuc, oculis sublimibus, amens
 Errat, & incertos pendentes commoneat hostis:
 Nec prius absistit ruptis singultibus ora
 Concutere, & trepidis auras implere querelis,
 Omnem quā turbam inuaidam complexare-
 condat,
 Qua potis ipsa, sinu, & foueat trepidantibus alis.
 Ille volat circum, atque acie late omnia lustrat:
 Ac si quā paruam deserta matre volucrem.
 Despicit errantem, ruit, & pede subripit unco.
 Ut tenerim gemit illa: volat sparsæ aëre plumæ.
 Quod si quis sensus miseræ, liceatque reuerti,
 Quā nusquā incantè materna abscedat ab um-
 bra!

Nos

Nos tua progenies, quibus alta palatia cœli
 Struxisti sed fas opprobria nostra fateri
 Auribus, o Pater alme, tuis si posse negare
 Nō datur, & manifesta vides quecumq[ue] patram?
 Millibus (ah, dolor) è cunctis quis culmine tato?
 Nomine quis tato? tanto quis dignus honore?
 Millibus è cunctis tua quos non dona refutat?
Quis non, sancte Parés, te surda auertitur aure,
 Defixus terræ, cœlestia cuncta perosus?
 Heu, lœuas hominum mentes: heu, peccatora cœca!
Quam densis miseri in nebulis, arrisque tenebris
 Raptamur! quam nostra onis nil lucis habet lux!
 Ipse equidē tato è numero magis onibus unus,
 Pro cœli patri contempta diuite gaza,
 Cultis pro thalamis, pietisque tapetibus auro,
 Ac pictis varie perfuso vestibus ostro,
 Exsul, egens, ignotus, inops, lacer, arua peragratis,
 (Dū fugio altricēque domū, vultusque paternos,
 Et sacros, puerum qui conspexere, penates)
 Hei, quoties solo, hybernis sub noctibus, agro,
 Montibus, & sylvis, inter spelaea ferrarum
 Depransus, sterili in imico, canna ue palustri,
 Aut salsuginosa cubui vesanus in alga,
 Incusans longas miser in mea damna tenebras!
 Nūcque adeo (o, miserū) sub iniquo pōdere pressus
 Curuor humo, in nebulis, & nocte volutus opacus,
 Nec valco aethereis attollere lumina regnis,
 Ut lucem aspiciam, ac tenebris defungar amaris

sic

Sic procul auersum mea me commissa tulerunt,
 Quæ Caro, quæ Mūdus, quæ menti suggestit agra
 Hontator scelerum, infernis emersus ab antris,
 Percitus inuidia nostri, luce excidit olim
 Quod supera, tenebras iure exturbatus in imas;
 Factorem dum se demens attollere supra
 Ingrediuntur, cælique affectat sceptræ superbus.
 Quanquam, o, qui scelerū tibi pandere nominapoſ-
 Aut vel summa sequi labis vestigia tātæ? (sim?
 Non mihi ſi linguae centum, non ſi mihi centum
 Ora ſonent, unquam noxarum monſtra mearum
 Explicuiffe queam. ſed mente nec assequor ipſa
 Quæ, quoties, aut quæſis contraxi criminis formis
 Improbus, atque fouens vitiorum alimēta meorū:
 Tantus amor scelerū, & prauī immoderata libido
 Multa adeò fugiūt, & (quæ ſocordia noſtra) (eft.
 Auctorem ipſa ſuum non intellecta fatigant;
 Atque animo requie pacēque occulta morantur.
 Expediam citius, quoſ ſidera nocte ſerena
 Scintillent caelo, tumeat quoſ flœtibus æquor
 Iratum, quoſ ne arboribus nimboſus Orion
 Decutiat frondes, quanta niue candicet Alpis,
 Aut pater Autūnus quam multa ſordeat vua;
 Quoſ ne calens Aſtas matura fruge maniplos
 Conuectet gnauo agricole, quoſ purpureum Ver
 Imbre nouo, & prima Zephyri genitabilis aura,
 Graminaque floresque, & florum fundat odores,
 Quamque eadem varias producat terra figuræ,
 Quot

Quot volucres aér, quo^t pisces nutriat vnda,
Quot tu hominum curas rutilis miseratus ab
 astris

Infidum genus usque nouis, quo^t honoribus ornis.
 At tibi nil te^tū est, at te nil præterit unquam,
 Cuncta videsque, audisque simul: quæcūque peregi
 Cu^tia manent adaperta tibi, & præsentia constat,
 Non hominum te delusum villa silentia fallunt;
 Quippe oculis imo penetras abscondita corde:
 Cunctaque tam cernis quam nulli cerneris ipse.
 Aspice, quam prorsus sit opis, Pater alme, st-
 lidum

In me nil mihi; nil habeam; nil denique possim
 Te sine; quam nil ipse in me, nisi puluis, & um-
 bra.

Quò miser! unde abi? quò me de culmine sum-
 mo

Deieci, ah, demens, ut te, Pater optime, liqui?
 Te nam deserimus, non tu nos, sancte, repellis:
 Nil quidquā ut propriæ liceat prætexere frondi:
 Non generis maculam, ac veteris contagia noxa:
 Non fati legem, aut coeli decret^r seueri:
 Haud nos fata premunt, hanc nos ferat sidera co-
 gunt,

Hanc vis villa poli: nos nostra admissa fatigant:
 Nos factis mala fata sumus nos sidera nostris.
 Displaceo ergo mihi penitus me me ipse resilo:
 Meque mei piget, exardet dolor ossibus intus:

De

Detestor que nefas. ipsum, Pater optime, pœna
 Peccauisse mihi est. facta impia conscius horreo.
 Hei, quam nō facile est nō prodere crimina vultu!
 Vox fugit, en, fugiente simul cum voce colore
 Obtorpens: plenis tumuerunt guttura venis.
 Labrarent: pauida trepidat formidine pectus;
 Dum menti defessa ingrata recurrit imago
 Actorum mihi tot totes sine honore laborum:
 Atque animus refugit sumpti meminisse pericli,
 Increditas fesse, indecoresque auertitur ausus:
 Aegre equidē ut fauces hæc ipsa in verba resoluā:
 Nec tamen id sine te, qui mutis vincula laxas
 Linguarum, infantesque loqui facis ore diserto.
 Nam fex telluris putridæ quæ dignæ sonarim
 Verba Deo: plene ue meas refrentia sordes?
 Aut ad te, sine te, qui possim assurgere mente,
 Quo sine non cuiquam fas aspirare saluti est?
 Quin tu animi victim, & cōmissa piacula fatentē
 Nunc tibi, cœlitumque choris, gentique beatæ,
 Suscipe; cōmeritisque, Parens, auerte periclis.
 Nec iustas confer ventura in tempora pœnas;
 Seu quæ perpetuo Stygiæ debentur Erinny,
 Denoteque rogis, & amanti crimina turbæ;
 Seu quæ purgandis, lapsuro tempore, noxis;
 Quum scelus infectum lustrati exuritur igni.
 Te potius capiant adopertæ obliuia culpæ.
 Si gemitus audis miserorum, ac supplice planctis.
 Flecteris, assumptas deponens lenior iras;

Si veniam ipse inbes sperare admissa gemendo,
 Et vatum, & Nati toties sacro ore loquuntur;
 Hi gemit⁹, lacryma hæmoueant morta orarigantes.
 Eripe me his tenebris, cæca & caligine rerum,
 Erepti ut redeat facies innubila cali,
 Auree Sol, o, lux obscuri lucida mundi,
 Discutiens noctem; atque illo me respice vulnus,
 Quo pelagus ventis & tempestate serenas.
 Ac natum, Pater alme, tuum (nā nominis huic
 Indigno immeritoque licet concedis honorem.
 Neglexi toties qui vocem recta monentis,
 Contemptor recti, rebus letatus inquis,
 Hen, stultus temere, nimiūque ingratus, & amēs)
 Post longa exsilia, & duros in nocte labores,
 Ad tua fidenti repedantem limina gressu
 Excipe iam placidus; magni & miseresce doloris.
 Da veniam, & profigū patrio rursum insere calo,
 Lustratum, atque tui perfusum flaminis Aura,
 Promissi memor: haud tua te sententia vertat.
 Pro fit adoptini generis, quem tute dedisti,
 Certus honor; humana licet stirps ipsa repugnet:
 Nec sors mortalis donum immortale moretur.
 Unigenæ quod te per hiantia vulnera Nati,
 Suppliciter tristis, contusus pectora palmis,
 Noxiaque offenso protendens brachia calo,
 Singultansque, tua posco projectus ad aram.
 Ille polo auxilium missus mortalibus agris,
 Indutusque hominem, mortali & corpore septus,
 Suppli-

Supplicij infandi leto damnatus iniquo,
 Sponte tibi humanam placauit sanguine gentem
 Ipse suo, tenebrosi erexit faucibus Orci;
 Antiquumque, simul & nostrum scelus omne piauit;
 Si facti memores tanti potiora sequamur.
 Qua merui, tulit ille, me & tibi victima fraudis.
 Quin etiam, nostra sortis memor, aspice, praesens
 Corpore ut usque tibi, medius nostrique tuique,
 Vulneraq; illa gerens que propter plurima muros
 Accepit Solymes malo suffixus in alto,
 Ipsi prait; subit aetherei domus omnis Olympi.
 Engenitrix virgo, pulchrum cœli incrementum,
 Nulli mixta viro, nullis attacta hymenais,
 Sola puellarum qua sancta de super Aura,
 Quam vis cunctipotens stellanti afflavit ab arce,
 Concepit genitore Deo; saluoque pudore,
 Nobile depositum cœli, cœlique magistrum,
 Vis sine mortales induitum reddidit artus;
 Virginibus comitata suis, ac cœlibe turba,
 Pretenditque sinus sacrato lacte fluentes,
 Nix a genu, solioque humilis prouoluitur alto,
 Suffragans Nato unanimis. quā pone sequuntur
 Sidera castæ irradiata luce Sibyllæ;
 Et quibus est prænōsse datum, & vēitura monere
 Patidici vates, prædoctaque pectora cœlo.
 Ipse quidem ante omnes, vetula genitricis ab aliis
 Transcriptus superis, regni precursor herilis,

Villoso quondam velatus tergore pectus,
Brachia sed nudus, media & plus parte lacertos,
Quum loca senta situ, syluos aque rura pererrans,
Iordanis bifido quâ flumine currit ad aquor,
Uoce pia populos studia ad meliora vocaret,
Nuda super lustrans infusis corpora lymphis.
Hinc armis, cantuque bonus, citharaque sonora,
Rector Idumæus, princeps vatûque ducumque,
Deploratorum non immemor ante malorum.
Tum quos aetherea Rex olim missus ab aula
Consortes operum numero selegit ab omni,
Queis populi acceptam tot gaudent ferre salut,
Et monitis, & prodigijs cœlestibus acti,
Quâcunque Oceani terras circumstrepit aquor.
Puniceusque globus, frontes euinctus olima
Felici, palmaque manus armatus ouanti,
Queis animus vita contemptor, sanguine fusò,
Pro recto, atque tuae pro Religionis amore,
Promeruit cœli, quam mens præceperat, arcem;
Et breuia aeterna pensauit funera vita.
Atque alij, atque alij proceres; quos æquus amasti
Ipse prior, sponte, o, miro succensus amore,
Ante etiam magni iaceres quam semina mundi,
Teque trahente ardens euexit ad aethera virtus.
Omnibus, en, studium mortalia damna leuare;
Omnibus una sonat vox toto peruia cœlo,
"Alme Deus, ter magne Deus, ter suma potestas;
"Sæcile Pater, Pater uic hominū, pater uic deorū,
Immor-

- Immortale iubar, lucis fons, omnis ab uno 33
 Gratia quo fluit, ac solo de lumine lumen 33
 Emicat, irradians felicibus omnia flammis, 33
 Omnia collustrans, sanctoque ardore serenans, 33
 Unice Rex regum, cui soli elementa ministrant, 33
 Cui viuunt, per te veniunt quæ lucis in auras; 33
 Quid genus infelix in te committere tantum, 33
 Post casum, & primi scelus exitiale parentis, 33
 Quid miseri potuere hoies, tua, summe, propago? 33
 Caussa mali quibus est cacus furor, atrag, mentis 33
 Nubilaq, & tenebrae, atq, in amœna noctis opacū 33
 Abstrusique tui longè ignoratio veri: 33
 Quid miseri potuere in te committere tantum, 33
 Quod non abluerit sancti gutta una cruroris 33
 Unigena, æquæni, equalisque per omnia Nati; 33
 Lapsus in humanas patria qui cælite terras 33
 Induit hos propter mortalia membra, necique 33
 Obiecit caput, expirans animaque litauit? 33
 Infernasque domos quaties spolia ampla reuexit? 33
 Unū hic si tecū est, mens una, atque una voluntas; 33
 Imperiumque uni cæloque soloque dedisti; 33
 Qui dannes ultor fontes? qui crimina queras? 33
 Hoc tutante reos? hoc ignoscente reatus? 33
 Parce bonus; miseresc, Pater; te parcere semper 33
 Ac miserari æquū est sua sponte admissa fatētes, 33
 Supplicio qui se merito addixere, tuique 33
 Iudicij horrendum sic præuertere furorem. 33
 Hac verax, hac iustus es, hac pietate Paterna 33

" Iustitia expletur. laudum hæc suprema tuarū est
 " Hæret Iustitiae quod Pax per mutua nexa.
 " Parce pius; miseresce, Pater; miseresce, precamur.
 " Nos quoq; suadet amor generis; tibi cognita cura)
 " Munere si qua tuo nobis stat gratia nostri,
 " Si meruere aliquid, te te miserante, labores,
 " Ac per te toties tot pro te exhausta pericla;
 " Submissi veniam misericordiam pacemque rogamus:
 " Parce bon⁹ misericordiam miseresce; precamur.
 Hac tibi, summe Pater, Nati, indigetūque tuorū
 Fas sit vota offerre; meisque adiungere votis.
 Nec minus, ingentem quæ latè effusa per orbem
 Genstua Christiadæ, Nati de nomine dicta,
 Nomina cui, tincti diuino rore, dedere,
 In commune ferunt, ac verba precantia fundunt,
 Isdem iuncti animis, & auita religione.
 Parce, precor: solare inopem; succurre labanti:
 Fulmina pone pius, quæ libras vindice dextra:
 Si veniam nocuis concedo, irasque remitto,
 Tu veniam immergit Nati dignare fauore,
 Quem tecum colo, cui terræ demittor, & imo
 Salsis cum lachrymis suspiria pectore duco.
 Tunc, o, letus ego, sacerdtaque salutis refectus,
 Tecum habitas, in te maneas; tibi fixus, & hæret
 Nusquam te, pater, amittas; at me me ipse relinquas.
 Tuque in me maneas, penitus sub viscera lapsus.
 Te venerer, te rite colam: te nitar in unum.
 Tu mihi cura. quies curiarum & sola mearum. Th

Tu mihi certa fides, tu spes secura salutis.
 Tu secura salus, animi tu spiritus agri.
 Tete agitate, tui occultam per flaminis Auram,
 Ipse nouam, aeterni sectans vestigia Nati,
 Ire viam instituam. Via sit mihi, dux tor & ille.
 Sisque solo ingrediar pedibus, sublimia mente ut
 Astra petam, patria memor, etherei q^z, Parentis.
 Ille mihi dux tor, vita praecepta perennis.
 Solus habens, abs hoc monitus, tua iussa face sens
 Ille olim in terras caelo quæ dotulit alto
 Conscius interpres cœli, indubitate Patris Mens,
 Omnipotens Sermo, vita largitor & auctor,
 Consilia in melius referam mea pristina vita.
 Hostis tu modo Tartarei defende venenum;
 Frange dolum; aëriasque fer irrita tela per auras.
 Tefretus tetricam excutiam de pectore pestem.
 Quod vis ipse velim: neq^z, enim mea tuta volūtas.
 Iamque alius, versusque animi, iustūque piūm^z
 Hinc colere incipiam; nec me vis villa retentet.
 Mortalesque pius, nullo discrimine, amare
 Discam omnes; atque auxilijs, opibusque iuuare;
 Dirum etiam studijs hostem complexus amicis;
 Ceu tu omnes adamas pariter, pariterque tueris,
 Quos semel aërias eduxti factor in auras.
 Sebentur mores animum, qualisque videri
 Ipse velim populis, talis simul esse laborem.
 In me nulla mora est: veniam quoque vocariso
 Voce tua sed opus, quæ mentis verberet aures.

Ne tenebræ antiquæ dubitâtē, & vana morâtē,
 Spectantē ue retro, sónitus ue, umbras ue paenitē
 fimplicitent; Pater alme, tuum per nubila lumen,
 Lumen quod tenebras radians illustret inertes,
 Me regat: eruditat Sapientia: Spiritus aegrum
 Cor foueatque, nouetque afflatum lenibus auris;
 Pectoris ut glacies flammis liquatur amoris.
 Sordeat inconcessus amor, fugitiua voluptas:
 Uniusque tui mihi cor flammescat in horas
 Usque magis, magis usque, indeficiente calore;
 Ut p̄ te quemnis valeam temp̄issime calorem.
 Te sine nil sit dulce meis, nil suane medullis:
 Nil oculis pulchrum; nil delectabile menti.
 Tu mihi solus amor: solus tu fructus amoris;
 Ipse tui tu delicia, & solamen amoris.
 Extra te nullam malesano pectore laudem
 Concupiam; fame ue agitet me vana cupido,
 Quilibet arte leuis vulgi qua captet honores:
 Cui nam etenim nostro debetur gloria facta?
 Tu mihi laus; tu firma mihi; tu gloria solus.
 Tu robur; tu vis; tu firma potentia solus;
 Dinitiæque, & opes mihi tu: & semel omnia sol.
 In te cuncta mihi inueniens in te omnia possim,
 Dives, honoratus, fertis: te fretus & uno
 Spernere opes discam, vanos & temnere honores;
 Pauperie patiens, neque rebus tristis egenis.
 Nec mihi sit durus labor ullus. nulla mibi fors
 Non latra obueniat, te consolante: sed omnem
 Expug-

Expugnet virtus ærumnis maior acerbis,
 Obnixa et oppositis nusquam concedere fatis.
 Sine solo in patrio me vis considere; seu me
 Loginqua exilia, atque externas querere terras;
 Desertaque domo, charisque, opibique relictis,
 Incertas tellure vias undaque vagantem
 Pre iubes, nullaque extorrem degere sede:
 Tu modo sis mecum; me tu vestigia firmes.
 Prote dulce mihi sit tristia cuncta pacisci:
 (Tristia nam merui, fateor; neq; deprecer unquā)
 Nil tecum mihi triste fuat: nil ferre recusem,
 Per te securusque animi, intrepidusque pericli:
 Mens inuita metu superet quodcunque malorū;
 Et quacunque hominum terrent nutantia corda.
 Vix quin etiam abiecto mortalis amore,
 Unum quemque diem statuens luxisse supremū,
 Nil timeam exhorrens properantis temporaleti:
 Usque sed expectans latanter funeris horam
 Ante mei, illius suspiriem gaudia lucis,
 Pax ubi plena viget, nullis interlita curis.
 At prius attenuent iciunia corporis artus;
 Dialique tuo commissa piacula prodam,
 Index ipse mei, vita vindexque prioris.
 Ante oculos scelerum assidue mihi constet imago;
 Quidquid agā, quoq; ferar, meū usq; moretur
 Admissi dolor; & se mens male conscientia damnet:
 Noxarum & liceat mihi de me sumere pœnas;
 Atque piare pijs contraria facta; priusquam

Fessa soporiferæ declinem lumina morti
 Inde, tuo iussu, lucemque hominesque relinquat
 Fata subire tibi quæcunque ubicunque paratus;
 Seu me vis lento defectum cedere morba,
 Siue repente vocans vitalibus eximis auris,
 Seu innat immitti ruiturum sternere ferro,
 Trucaque purpureo perfundere membra cruento,
 Seu super illapsa oppressum sepelire ruina,
 Seu me perdere aquis, monstrosoque pasceret;
 Siue magis flammis crepitantibus urer artus;
 Vitæ temnat amor; neq³ mors extinguat amorem;
 Sit mihi mors lucro: mihi sit mors ianua vita,
 Quam vox nulla sonet, non sensu concipiatur mens:
 Quam non villa terat, seclis cessantibus, atq³;
 Tunc, o, letiferæ molis compage solitus,
 Unitusque tibi, nexu que tenace iugatus,
 Praemia, te donante, feram; non quem ea virtus
 Iure petat: (neq³ enī quidquam virtutis in villa est;
 Te sine) sed quæ larga tuae indulgentia dextera,
 Quæ nunc ipsa mouet, studijs tunc annuet ultra.
 Interea modicosque lares & rura colenti,
 Urbe procul petulante, operosaque ambitione,
 Da facilem vietū; atque pijs bonus annue captus;
 Vi noua laudatum ducant exordia finem.
 Ac me si tua sic, Genitor, fert sancta voluntas;
 Fronde a sylva iuuet, solisque in motibus umbra:
 Unde procul valles, & laetos de super agros
 Arduus inspectem; ripisque errare recurvis

Ad-

Aduersis Phœbi radijs atque igne micantes
 Pontifluos latices, quos Gauara parvulus urna
 Fundat ab exigua, patulo decurrere campo;
 Quā cum Christi par a retines communia tēpla
 Virgine, & in sacris fundatas collibus aras,
 Tuque simul, Natusq; simul, simul ipse Parens
 Ac Nati cōsors Amor atque affabilis Ardor
 Eterno socians Genitorem fädere Nato,
 Treis vñū, atq; tribus pariter Deus vñus in vnis;
 Nuper ubi vigilem vobis sacrauimus ignem,
 Non defecturo lucentem semper oliuo,
 Qua parte excultis sanctæ in penetralibus edis
 Filius, o, nullis opus enarrabile verbis,
 Omnibus, o, terris donum & memorabile seclis)
 Exiguī subter velatus imagine libi
 Mortales refugit, præsenti corpore, visus.

Hic ego te, argutis concordas carmina neruis,
 Arbreas inter volucres, nemorisque susurros,
 Sacrati nemoris, quod habet de Virgine nomen,
 Grata voce canam; extenti per roscida ruris
 Gramina, māne nouo sive obuia turba volucrum
 Vocali reducem excipient Hyperiona plausū,
 Quum libefacta premunt habetatas sidera flā-
 mas;
 Seu medio Titan stabit flagrantior arcu;
 Sine idem Herculeas prono petet axe columnas,
 Hispano rutilos tinteturus in æquore crines;
 Sine suum rebus nox suffurata colorem,

Tristibus incumbet terris. resonabilis Echo,
 Genuaridesque vdis Nymphæ, tua turba, salictis,
 Murmure respondent claro: nosque audiat æther
 Consonus; & percussa poli conuexa resultent.

EXOMOLOGESIS
ALIA.

Rerum sator, vigorque, & auctor uice,
 Rector superne cælum,
 Cui pontus iras ponit, & Tellus tremit,
 Ætherque, & Aura militant.
 Suauis, o, benigne, clemens, ac pie,
 Iuste, & simul verax tuis
 Constansque in omnibus tibi sermonibus;
 Nusquam retractans & tua;
 Honos tibi, virtus, decor, laus, gloria
 Sit, gratiarum & actio,
 Terra, poloque, iugiter labentibus
 Æui rotantis seculis:
 Perire quod nullum volens mortalium,
 Nocentium haud queris neces;
 Sed erutos periculis atrocibus.
 Seruarier desiderans,
 Nos, è tenebris horridis, ad lumina,
 Hoc est, ad ipsum te, vocas:

Te nempe ut agnito semel (quantum hic pote)
 Intelligamus quām nihil
 In sit bona nobis opis; quantum at male:
 Nostræ & salutis anxi,
 Nos execremur. mox nouati moribus,
 Tetra & fatentes crimina,
 Pacem per aras expetamus supplices,
 Tua & paremur gratia.
 Nam, neminem prorsum refutans dulcibus
 Asperillis à complexibus.
 Ast, ore cunctos exciens blandissimo,
 Huc, huc, ahs, huc undique,
 Qui, fasce pressi sub graui, ingemiscitis
 Peccaminum laboribus;
 Ad me venite. Quid pigri cunctamini?
 Venite. Quem veremini?
 Venite. iam nunc, en, volens vos alleuo;
 Offensionum nil memor.
 O, me beatum; o, ter beatum centies;
 O, ter beatum millies:
 Ter centiesque millies; & amplius;
 Tam leniter, tam dulciter,
 Tam tu piè quem sustines, diutino
 Proteruientem tempore;
 Prioris exspectans mea placabilis
 Vita peracta perperam
 Conuersationem; retrahens è semita
 Vetera, ut ambulem nouam!

Ergo,

Ergo, vocatus audiens tuos, Pater,
 En, Spiritu adductus tuo,
 Intrinsecus calere quo suaniter
 Mi pectus imum sentio,
 (Hunc siquidem Ardorem, tuae pignus velut
 Non ambigendum gratiae
 Amabilis, semper paratus ingeris
 Ad te reflexis mentibus)
 Adsum, nouanda certus indulgentie,
 Reuersus incito gradu,
 Audens vocare te Parentis nomine,
 Qui me bearis filij.
 En, sternor abiectus thronum ante gloria.
 En, memet ipsum, en, omnia
 Auersor indignans & iratus mea;
 Ipsi mihi factus grauis.
 Nam cur tegam scelus frequens, Pater, tibi.
 Cui mentium recondita
 Atque intimi patent voluntatum sinus,
 Orbem prius quam conderes?
 Aut cur referre sit timor me certus
 Tuo palam, que in abditis
 Ausus locis piaula est cæcus furor?
 Error ue fecit negligens?
 Adeste, adeste, qui remissis noxijs,
 Cureque inanis liberi,
 Domos nitentes obtinetis aetheris;
 Coram fruentes & Dei,

Nostram misericordia cernitis caliginena;
 Algentia et præcordia.
 Adeste & o, adeste, quotquot vinculis
 Nondum solutos corporis
 Terrena moles agrauans adhuc sua
 Humi repentes deprimit:
 Cunctum meorum criminum vos consciens
 Fas esse sit. (nam, pænitet
 Ex corde si quem, nequiter quoq; gesserit
 Pigebit haud profarier.)
 Ego ille detestabilis, parentibus
 Prognatus è fædfragis,
 Puro pusillum fonte postquam laueras
 Etatis in crepundis,
 Opprobriosis memet ultro sordibus
 Contaminaui protinus.
 Nec vlla deinceps mi volucris aut dies
 Negociosa, aut nox ut
 Sopore presso: at nec quidem volubilis
 Effluxit hora temporis,
 Ignara lesiter verendi numinis:
 Me apte qui culpa sacram
 In me me imaginem illius pulcherrimam,
 Exemplar ad cuius fabrè
 Exsculpta quondam, gemma qualis, splenduit,
 Adobruens turpi luto
 (Eheu, nefas) haud inquinare destiti;
 Factoris immemor mei;

Salutis & spernens, nimis stultus, mea.
 Ac qui prius Deo sacra
 Decore miro ornata fulixeram domus,
 Mox inde turpitudinum
 Cloaca, Erinnydum & palus olens fui,
 Horrens Auernali Chao.
 At, o, Deus ter Maxime, ac ter Optime,
 At, o, Pater mitissime,
 Communis omnium Pater mortalium,
 Simulque nec mortalium,
 Illa illa si in tuos piae manantia
 Benignitatis aquora
 Referta semper stant; nec aduentantibus
 Exhaurienda seculis;
 Benigniter tu supplicem inuergens lana:
 Undamque funde plurimam:
 Quin, merge me me funditus totum mari,
 Aqua perennis prodigus:
 Elutus inde ut remicem clarissime,
 Recente purior nire:
 Quò Spiritus rursum tui sacerrimi
 Fieri receptaclum queam;
 Haud temporale, quale nuper sordui;
 Sed usque & usque candicans:
 Dignatus ille quod sui immortalibus
 Flammis Amoris feruidi
 Collustrret, vrens pectoris prauas mei
 Affectiones intimè;

Dona

Dono suam sibi domum septemplici
 Insigniens excultius.
 Hic Spiritus meum regens contemperet
 In posterum ad nutus suos.
 Idem meas omnes opes disperiat.
 Profusior peccentibus.
 Tantum ut vicissim egeno opes suas mihi
 Larga repertiat manu;
 Curas & idem in me suas sanctissimas,
 Quas excitarit, prouehat;
 Collo ingum suave ut traham, cœpti tenax
 Extremum adusque spiritum.
 Sic ultimus terris dies quum luxerit,
 Horrendus impii dies,
 Quando halitu satus tuo ante tempora,
 De matre natus virgine,
 Cui, propter obsequentiam, liberrimum
 Uni dedisti arbitrium,
 Vinos, & excitos humo simul putri
 Dijudicabit mortuos;
 Atque antefactis iusta cuique præmia
 Rependet, æquus omnibus;
 Nil terrear; nil contremens exborream,
 Vultum seueri Vindicis:
 Letans sed obuiam strar per aera,
 Mixtus beatorum choris:
 Nemusque tunc is me sibi tenaciter,
 Ad te sua ducat via;

Arces in aureas mundi polos supra,
 Parata charis atria:
 Demissus unde ad nos sinu prius tuo,
 Sponte obtulit neci caput,
 Gentis sua vicem dolens incommodam;
 Quum fixus arduo trabi,
 Suopte & placans te cruento victimam
 Mortale deleuit scelus.

HYMNVS DIVÆ VIRGI-
 NI M A T R I , A N N O M . D . XXXIII .
 dictus in Monte Serrato; qui est in Go-
 tholania Hispaniæ .

Sederei Virgo genitrix sanctissimare regis,
 O, que nympharum cunctis e millibus una
 Virginem seruans usque intemerata pudorem,
 Digna Deum gestare utero, lactare papillis
 Nectareis, certaque orbi nutrire salutem,
 Astra super latè aetherea dominaris in aula,
 Omnis ut excelsi famuletur regia cœl,
 Quamuis thure tibi caleat multa ara Sabao,
 Totque sonent votis immensum templo per or-
 bem,
 Quâ sero igniferos lassatus vespere currus
 Sol demergit aquis, & equum fumantia colla,
 Tristia condemnans in amœnis arua tenebris;
 Quâ

Quaque nouus dum luce venit, caligine caca
 Eximur, cunctisque redit sua rebus imago;
 Hec sedes magè grata tamen, mage grataque
 templa,
 Quò te se posuitis pius aduena visat ab oris;
 Nec tam præsentem est alibi cognoscere diuam.
 Nec sedes modò grata tibi, & gratissima tem-
 pla;
 Sed fratrum quoque grata cohors; castumque vi-
 rorum
 Bissexas qui celsa habitant in rupe cauernas
 Simplicitas prudens, curisque soluta prophanis
 Pectora; digna Deo, atque Dei dignissima matre.
 Naque hic (fama fidē meruit longa) puell⁹
 Altitonans teneris fertur lusisse sub annis,
 Adiectus volucri conuexa per ardua nube,
 Altaque inaccessi reptasse cacumina saxi,
 Unde imas procul in valles despectus, & unde
 Spumosa in curuas latè cingentia terras
 Equora, ciuili secum pugnantia motu.
 Tu custos aderas, genurix, custosque maritus
 Reguis, & tecum sciptris eductus fidumes,
 Iam senior, canusque, & seris curuus ab annis:
 Qui dum, venturi iam dudum præscius avi,
 Sepe oleas faber hoc in monte, ilignaque sepe
 Robora dilecta sōcia delubra futura
 Deycit, & syluam sanctos informat in usus,
 Artem sepe Puer grandæi imitatus alumni,

Multifida serraque manum curuaque securi
 Implebat: ponitque illas, recipitque vicissim,
 Oblectans dubio puerilia corda labore.
 Dentibus at melior visa est, streperoque sonore
 Serra Deo, pondusque ad paruos equius artus.
 Ergo hac robora nunc nunc saxa sonantia radit,
 Crebrius at saxa (& clarū mage saxa sonabant)
 Ac totam multo illudit molimine rupem,
 Matre dea librante manūque regente pusilla:
 Unde manet facies Serrati & nomina montis;
 Diuini, o, montis, cuius delebit honores
 Nūquam lōga dies, si quid mea carmina possunt.
 Felix, o, nimium rupes tibi cœlifer ultro
 Cedat Atlas, fuscos qui trās mare prospicit Afros;
 Cedat & auratos & molus qui despicit altè
 Quos fundit latices imo pede, vertice summo
 Flava croci longè spirantia grama nutrit;
 Cedat semicapro sedes gratissima Pani,
 Arcadij moles pinosque saxa Lycae;
 Et cinere Herculeo decoratus Thessalus Oeta;
 Et Latias qui fert nubes pater Appenninus.
 Nec tibi syluosus certarit laudibus Hamus;
 Nec tibi Apollinei Pindi iuga celsa; nec Ida;
 Endymionai neque testis Latmus amoris;
 Non specula Cilicum Taurus; non Manala scuis
 Faeta feris, viridiue Taburniu fætus olima;
 Dura Prometheus vel cautes sparsa cruento;
 Pinifer aut Ossa; aut aquata Ceramia calo;

Trax

Trax'ue domus quondā Lapitharā Pelios, idem
 Noxia semibominū cunabula Centaurorū; (nis
 Ethnāue, sulphureis qui flagrat in astra cami-
 Littore Trinacrio; vastineq; claustra Pelori;
 I'marus aut, longè Thraciū qui spectat in aquor,
 Purpurei ostentans cōlō vincta Lyæ,
 Palladie pariter prædices munere bacce;
 Candida nec rigidis Rhodopeia sāxa pruinis,
 Quæque umbrā vati tulit aduena sylua canenti:
 Nec tu virgineis Helycon celebrate choreis;
 Nec tu, qui surgis geminato ad sidera cornu,
 Parnase; intonsi celeberrima gaudia Bacchi,
 Insonsi & Phœbi, doctarum & cura Sororum:
 Nec, qui sidereo suprema cacumina cōlō
 Insferis, & tonitus subter contemnis, Olympe.
 Hic gaudes venerari. hic acceptissima vota
 Sunt, genurix; quādo hic te frustra nullus adorat.
 Cera multa tholo ut pendens testatur imago,
 Veliferasque ingens pinos imitata lucerna,
 Pinguis & assiduo lampas nutrita liquore,
 Et tu facundis paries duplicate tabellis,
 Sanctaque votuvis onerata sacraria donis.
 Hic renouas cæcis oculos: genitricis ab alio
 Obruta cui steterant in amona lumina nocte,
 Ignotū querulas sustollit ad athera palmas,
 Votaque Rupicolæ dictat sacra; nec mora, cernit;
 Atque harenz noua miratur spectacula rerum.
 Tabida si cuiquā exedit precordia fēnor

Pestifer, ut nimio percoctus spiritus astu-
 Lucretur iam nunc gelidas crumpere in umbras,
 Ipsa refrigerium præbes sedasque calores.
 Algorque, tristisque Fames, Febrisque, Eurorū;
 Quotque genus mortale actos torsere per annos,
 Quotque deinde noua venere propagine morbi
 Te fugiunt; te cuncta timent, te tristis Erinnys
 Mandante infessos actutum deserit artus.
 Per te semianimes ad littora desperata,
 Undique quum Mors, & nusquam spes villa salutis,
 Prosesti, tuta nautæ fistuntur arena,
 Debita seruata soluentes premia vita.
 Ipsa laborantes utero vietasque puellas
 Implorata lenas, lacrymis in gaudia versis:
 Tu Juno es Lucina; tuo sub nomine in auras
 Repimus: ignotos mater miserata dolores,
 Esse iubes matres, relevata leniter alio,
 Binias leto animas subducis munere eodem.
 Septus ab immanni circum latrone viator
 Excors dum trepidat, media inter tela, necesse
 Te vocat auxilio; & scelerato vixtor ab ense
 Eruitur. sanguis superasse incendia flamme
 Saepè aliquis per te potuit, pia mater; & alta
 Saepè domo vacuas cecidisse impune per auras,
 Virgineam' ue manu dum supposuisse labami
 Collibuit, fractos' ue artus, quassataque membra
 Arte pia solido rursum reuocare vigori:
 Omnia namque potes diuini munere Natis, Quid

Quis tibi posse dedit: miserandi nec tenor unus
Est follis, aut certo stat septa potentia fine,
Seu seruare velit, seu malit reddere vitam.

Hinc quācūq; Deūm incedis regina per ampli
Lucida regna poli, ac latē venerantis Olympi,
Pulcher nympharum te anteit chorus innuptarū
Aurea fraganti complexus tempora myrto,
Concelebrans casta castis decora alta labellis,
Omnes formosae, niueis in vestibus omnes;
Attamen exoriens quantū astra sequacia vincit
Lucifer, atque illum quantū premit aurea Luna,
Lunaque fraternis quanto minor ignibus errat,
Virginibus tanto graderis formosior una
Omnibus, & letum latē diffundis honorem,
Quemque tibi virtus diuina afflavit amorem.
Pone omnis matrum Matris vestigia euntis
Turba legit, rutili capitis mirata decorem;
Nec pia ab Ambroſio deflectit lumina crine.
Canarosa, atq; thymū, croceūq; rubēs Hyacintb;
Rosmaris, & violæ, & lēta coma odora genistæ,
Liliaq; alba caput, cum purpureo Narcisso
Insternumque viam, & sacris dant oscula plātis.
Flava vola supra pubes clarum æthera tranans
Corinagūm puerorum auratis mobilis alis,
Et laudes, Regina tuas, tua maxima facta
Spargunt concordi æternūm per sidera voce.
Unica virginis laus ordinis, inclyta Virgo,
Unica laus matrum, aeterno dilecta parenti,

» Ac delecta, prius cœli quam figeret axes;
 » Auctorem ipsa tuum, concepta numinis Aura,
 » Nata simul, Nati que parens, castissima virgo
 » Ut pareres, qui morte genue mortale piaret,
 » Agnatae crimen sortis commune refellens;
 » Cen statuit nutu immēsum qui temperat orbem,
 » Fatidico & pleni cecinerunt numine vates.
 » Prima parens hominum iniecit crudelia genti
 » Funera; sublate tureddis munera vita.
 » Eiicit illa solo; tu cœli in regnā reponis,
 » Una exorsa vitijs, at nec auita peruvia culpe;
 » Altera lux superūm, afflictæ spes altera terra.
 » Nam postquam insolito enasti super æthera lapsu,
 » Cum Natoque regis iam morti incognitare regnā,
 » Quum ferat terrifica librauit fulmina dextra,
 » Ipsam te medium statuis: tibi supplicat orbis
 » Ut veniam Natus concedat Matri amore.
 » Unde adolent sacros Panchéia dona vapores,
 » Festare recurrentes rotis repetenda per annos.
 » Salve; & opem fessis certam mortalibus adfer.
 Que dū illi ingeminat, alternaq; carmina dicūt,
 Ipse eadem recinens applausu consonat æther.

Ergo tuū in Nato sacrum si nomen honorans
 Rite colo, Natumque tuo sub nomine adoro,
 Votaque dona fero, Mater, communib; artis;
 Si tua perplexa seabbrarum ambage viarum
 Culmina subrepsi supplex, arcemque petui
 Sacratam, imbrisris stillans licet undiq; nimbis,

Nixus & aduersum prona labentia rupe
 Flumina, virginem riuis lambentia molem;
 Perque fragorosos tonitus ignemque coruscum;
 Nocte sub obscura, & geminatis nube tenebris,
 Pratentansque vias cacas & inhospita saxa.
 Solinagum irrepiscana pronus in antra virorum,
 Pransatosque pedes lacrymis & genua rigau,
 Ne (queso) quae pauca fero tibi carmina temne,
 Sed facilis, si iusta peto, mihi vota secunda.
 Nō merces Arabū, vectos ne Oriete lapillos,
 Que vel Erythræo legitur de gurgite concham;
 Non ut culta domus testudine fulgeat aurea;
 Sed que fas, Genitrix, & non operosa, requiro.
 Aspice nos; meritasque emolli protinus iras,
 Fulminaque irati fistas, mitissima, Nati.
 Dein, mea quæ sequitur longis vestigia terris,
 Nullo fracta metu, nullo tardata periclo,
 Dilectam thalami sociam exemplumque ingalis,
 (Si tamē hac summo stant vota probata parēti)
 Dirige solliciti sub limina tutam mariti;
 seu Ligeris ripam manno terit illa volucri,
 Si usibi certantem Rhodanus nunc præpete cursu
 Miratur, rapideque fauens comitatur euntem.
 Ac pariter liceat fratrem spectare secundum,
 Sedibus hic patrijs qui nostros duxat amores;
 Alternis simul ut modulemur carmen auenis,
 Quo ventura tuas venerentur secula laudes.
 Post que viæ errores varios, longosque labores,

Quos fero, clara mei sebtatus Cæsaris armis
 Per inga, per fœtas torpenti frigore rupes,
 Cui studium sanctis caput obiectare periclis.
 In Turcas rapidi ripes dum vitor ad Istri
 Bellagerit charæ pro Religionis amore,
 Barbaris que premit mollita cruxibus arua;
 Da patrios remeare lares: da tangere dextras,
 Conseruet mihi quos alios Machlenia, fratrum.
 Ac mihi longam da cernere posse parentem
 Incolumem; & cineri da soluere iusta paterno.
 Qui, me longinquis dum sors exerceat in oris,
 Occubuit, seri satur aui, atque obrutus annis.
 Quodq[ue] mihi superat, quoque in climate, vita,
 Fac rectam & tetra immunem me crimine vita
 Exigere: ast ubi Mors frigentes soluerit artus,
 Vinam, sidereo vestus super ardus ignes,
 Delectosque inter populos mentesque beatas.
 Ipse tuis mixtus famulis, turbaque clienti,
 Diuina pascam Triados mea lumina vultu.
 At, quorum libuit tibi sedem ponere terris,
 Cæsar Augusti, Augustæ quoque coniugis annos,
 Cuique pater vultu mixto genitrixque relucens
 Prolis Cesareæ in longam protende senectam.
 Filius interea regni certissimus heres
 Armerumque patris belli & successor honestis,
 Hesperia spes prima sua, spes prima parentis
 Magnanimi, spes Belgarum haud incerta suorū,
 Nomen aui referens, adolescat mitibus annis,
 Vi-

Viventique patri patris det nomine natum.
Nec tātū Herculeas dominetur ad usque colūnas
Carolus, at quā mane redux illustris & auro
Expergiscenti reuehit Sol lumina mundo,
Quāque rotas volucres mersurus sidit in undas,
Quāque suos, medio stans ardentissimus axe
Occasus spacijs aquis respectat & ortus,
Ambiat eternis parentem legibus orbem,
Immensum nullo praesignans limite regnum:
Ordine quod nati assiduo, serique nepotes,
Ipse tuus postquam Cæsar successerit astris,
Sceptro perpetuum patrio moderentur in eum.

E P I-



EPIGRAMMATA QVÆDAM
AD PIETATEM FACIENTIA.

In imaginē Resurrectionis Dominicę, scul-
ptura expressam. In gratiam Caroli Tif-
naci.

Sicut Amathia den ternos ex ordine soles
Ventre liquet ceti delituisse trucis,
Donec ab excelsō increpitās deus aethere monstrū
Littorea vatem fistere iussit humo;
Hand aliter Christi iacuerunt mēbra sepulchro,
Dum Phœbus roseis ter remearet equis.
Lucifer & ois exsurgens tertius undis
Vidit deuicta frangere tela Necis.
Nā tenebras Aurora graues quū flaua fugaret,
Puniceum reuehens prævia mane diem;
Ecce redux furuis ignauæ Mortis ab umbris
Secum nos vita reddidit ille nouæ.
Claudite, Idumæi, vasta sacra funera petra,
Scilicet, & saxis voluite saxa super;
Iungant compositum signacula carea limen;
Et tumulum armiferis cingite militibus.
Ut lubet. At, quē non retinent adamantina letis
Vincula, qui teneat cera, vel arma Deum?

In scripturæ sacræ libros.

*His adytis veri scitanda oracula Phœbi.
Hic viuus fons est . hic tibi certa salus.*

De Lege, & Gratia, ex sententia D.

Pauli. I. Corinth. 3.

*Condemnatoris si magna est gloria Mosis,
An ne Redemptoris gloria maior erit ?*

Precatio ante pastum , Prudentianæ
non absimilis.

*Vna Deum nostræ sapient & fercula mensæ,
Christus & appositas influat in pateras:
Quæ agimus: quæ eloquimur, seu seria dicta,
Sine iocos, pietas trina superna regat.*

Alia ante cibum precatio.

*Alme parēs, qui cūcta tuo sub numine torques,
Si sua dona ferunt ex te mortalibus agris
Culm, terra, lacus, fluuij, maris aquor, & aura,
Natorum neque nos frustra dignaris honore;
Adsis, o, facilisque famem poscentibus arce.
Sic te sic superum felix chorus athere in alto,
Sic te concelebrent media telluris alumni,
Sic te depresso trepident in tartara manes,
Et manes quæ dira malis exercet Erinnys:
Ne vox ulli tuas sileat per secula laudes.*

Post

Post cibum, Gratiarum actio.

Q Vostibi summe parēs, grati reddemus hono-
 Experti dextra munera larga tue? (res,
 Si neque laudis eges: factis neque gratia nostris
 Te sine? quodque tibi reddimus, omne tuū est?
 Tu tamē has, quas ipse moues, bonus accipe voces;
 Muneribusque tuis te patiare coli.
 Cunctaque, Sol, magnū quā circūnoluitur orbē,
 In laudes videat soluier ora tuas.
 At, quorum dapibus pauiſti corpora, mentes
 Datuus ille sacer Spiritus intus alat.

In imaginem Opis, quattuorque puerorum
 Elementa significantiū, pictam ab Fran-
 cisco Floro, insigni pictore Belga.

O Ps Latij, atq; alma Ceres, māmataq; Tellus,
 Πατροίνη Graijs dicta & Παρδάρα colonis,
 Illa ego sum: stupido quondam dea credita vulgo,
 Ēqua dapes homini, pecori ceu fabula fundā,
 Frigida componens calidis, humentia siccis.
 At vos esse Deam ne credite: credite solam
 Esse Deum, qui vos, qui me, qui cuncta creauit.
 Hunc mecum colitote pijs, hunc celebrate velerat:
 Huic vni date thura; huic spargite floribus aras:
 Reddite & assiduo assidua pro munere grates.
 Pij

Pijs Manibus D. Ioannis Fischerij, Pon-
tificis Roffensis.

[Interpres cœli in terris, dum vita manebat,
Roffensis populi præses, amorque tui,
Improbare poët quam damnante facta necauit,
Actuare rex posuit colla resecta foro,
Ille malis male securus fruitur hymenæis;
Tu summo adfisti victimæ nota Deo:
Teque nouum indigetem cingit plaudente corona
Gens superum, & tanta gaudet amicitia.
Fortunate senex, odiumque, irasque profanas,
Qui mutas cœlo; fluxaque perpetuis.
Quam dense attonitas obsecrant nubila mentes!
Quætū, heu, nostra nigra secula noctis habet!
Plutamen veniet lux, prolabentibus annis,
(Sic erit, o, tota sentio mente Deum)
Angla tuæ quæ gens melior venerabitur umbræ,
Collecta auratis ossa tegens loculis.
Interea hac capite, o, manes solatia sancti.
Indigna & lachrymas funera sape fleam.

Thomas Morus iam securi feriendus,
ad filias, & populum.

NE lugote meo confusæ funere, natae:
Ipse ego mutari non meas fata velim.
Trun-

Truncum terrateget, si rex non abnuet urnam;
 Et mea iam terris nomina nota volant.
 Libera mēs superos repetet; neq; seruiet unquam:
 In partem hanc quod agat nulla securis habet.
 Tu quoque, spectator tranquillum si cupis acum
 Exigere, & leto fortior esse tuo,
 Qui tibi mēbra cadant nullo in discrimine pone:
 Quum sint naturæ lege caduca sūe.

Ad Diuum Thomam Cantuariensem,
 de ossibus eius combustis.

Tertius Henricus viuentem morte peremit:
 Extinctum octauus post tua fata necat.
 Ille quidem sanguis violenti criminis leti.
 Ante diem in Stygijs facta pianit aquis.
 Senior hic illo laceratis manibus, an non
 Projectum cinerem sulphure & igne luet?

Ad



AD REVERENDVM PATEREM MARCVM HIERONYMV M VIDAM CREMONensem, Albæ Episcopum; quum eius de laudibus diuinis hymnos ab illo ad semuneri missos legens, mirè animo accenderetur.

Ptime Christiadum monitor, pater ut
nice vatum,
Cui quondam Aonia patuerunt auiarupis,
Et vulgare datum Musarum sacra per orbem,
Nunc cæli penitus se regia tota reclusit;
Ac fæs mortali diuum per inane recessus
Mente pia superare, altas & visere sedes
Copisolum, nitidas sedes, tibi debitæ tecta,
Tergeminasque Dei non exhorrire figuræ:
Macte animo egregio, macte præstantibus auisis,
Macte aura ætherea, & diuni numinis haustus;
Quo fretus, leuum incessens mendacia vatum,
Ludicrosque iocos, sanctos facis esse poëtas,
Insuetumque loqui, pulchroque adsuescere veras;
Ipse prior dum vera canis; dum sacra celebras
Carmine sidereo, quod nulla obnubilet atas.
Te vatu chorus omnis amet, vatumq; parentē
Agnoscatque volens & ritè adsurgat, eunti.
Nec tibi enim quisquam vates certauerit usquā,
Nec cuiquam veniat cantus tam leua libido.

Ipse equidē, ter magne ſenex, (ſi carmina poſſit
 Noſtra aliquid, nec tu tenuē aſpernabere Muſā)
 Voce tuas humili laudes ut cinq̄e ſonabo;
 Semper honore m̄co, ſemper venerabere verſū;
 Ipſe ſuis quando p̄aſecit laudibus ultro
 Te ſuperūm rector, tantosque induſit honores,
 Primus ut obſtrūcō aditus, umbroſaq; teſqua,
 Semita quā non vlla prius, ſed multus ubique
 Horror, & humano generi non peruius error
 Spiniferis dumis & vepribus interplexus;
 Ipſe manum violenta armatus utramq; bipenni,
 Hinc iectus dextra ingeminās, atq; inde ſinistra,
 Obvia quaque metens, aperires limite lato,
 In nihilum furuis iam vanescentibus umbris:
 Tendere quā tutos tua per veſtigia gressus
 Dehinc liceat, niſi quem mens ſeditioſa refutet,
 Quā melior ſeſe inſinuat diuinitus ardor.
 O, me quām iuuet, o, tecum ſuper aëris amas
 Videntem (quantum non tardet noxia moles
 Corporis) omnipara flagrare cupidine lucis,
 Immensa lucis, quam ſecula nulla coērcent,
 Lucis inacceſſa membris mortalibus, aurea
 Astra ſuper; quæ cuncta pijs amplexibus ambīt
 Undique, ſeridens ſemper tamen omnis in una,
 Exſors una leuis motus, ignara quietis,
 Una ignara loci, latē tamen omnia complens;
 Principium ſine principio, ſine fonte oriens fons,
 Ipſe Deus, cœli, terra, pelagique reperitor, 10

In se perpetuo sese usque tenore reuoluens,
 Menteque cōplexus qui dum se intelligit ipsum
 Concipit ipse sui simulachrum, & imaginis instar,
 Gignitur unde vigor sanctus, sed origine ab una
 Uno & fine vigor, cunctis quae causa creatis
 Quae fuerunt, quae sunt, & quae vētura trahuntur;
 Omnipotēs vigor, omnipotēs sine murmure verbū,
 Verbū in mente Patris, mutuq; effata voluntas,
 Ipse idem Deus, ipse Dei certissima proles,
 Unigenita, equalis, patrique aquæua potestas,
 Ut genita aeternos sic & gignenda per annos,
 Filius ingeniti simulachrum & imago parentis:
 Principium de principio, de fonte oriens fons;
 Lux de luce Patris, Patris de lumine lumen,
 Irradians sanctis, qua condidit, omnia flammis,
 Sideraque, stellasque, & vastas aeris oras,
 Et circumfuso que pendet in aëre mollem
 Pondere librata m̄ propria, & qua cerula longè
 Aequora, qui suuij, que stagna liquēcia cingunt;
 Ipse decor, virtus, magni & sapientia Patris,
 Ipse Patris vires, & magna potentia solis;
 Haud diuisa tamen, nullo & resolubilis auctor;
 Heret enim aeterni vinclo nodatus Amoris
 Ipse Patri Natus, Nato Pater, unus uterque,
 Atque idem Deus, in se per mutua nexi,
 Communēque ambo conspirant iugiter Auram,
 Aequuam, diuinam eque, pariterque potētem.
 Halitus illa Dei est, Deus ipse, afflabile numen,

Pulcher Amor; rerumque auctor, dominator &
 idem,
 Nimirum Nati & Genitoris mutua flamma;
 Sanctus Amor; qui cuncta fouet, qui cuncta gu-
 bernat;
 Verus amor; verique idem largitor amoris;
 Totus Amor; totus pietas, totus vigor, & Mens,
 Mens Patris, Mens Nati, utrinque profecta
 voluntas;
 Spiritus ipse idem Nati pariterque Parentis,
 Communis Decor, & communis utrique voluptas,
 Spiritus omniugus, rerumque per intima fuisse,
 Quo mare, quo tellus, superi quo machina caeli
 Afflata vegetata viget, quo cuncta mouentur;
 Quo duce tot pulchri radijs illustribus ignes
 Aetheris immensi pura in regione feruntur,
 Mobilitate sua firmati: almoque vapore
 Usque noui, usque nouos antiquis orbibus orbes
 Agglomerant; longum indociles posuisse labore:
 Unde hominum genus omne, unde & genus om-
 ne animantium
 Omnibus in terris, atque aequoris omnibus undis
 Semina certa sibi ventura in secla propagant;
 Unum sub triplici ut claudatur nomine numen,
 Immensum, indeprendsum, atque immemorabile
 numen,
 Numen quod nullis rerum concluditur oris.
 Felices animae, seu quae post funera cælum,
 Munere

Munere supremi Patris, per vulnera Nati
 Promeritæ incolitis, terre & miserescitis imæz;
 Seu vos siderei volucres, fortissima pubes,
 Æthere cum primo, primoque ex æthere nati;
 Credita quæs generis cura & custodia nostri;
 Functorumque animos superas comitatis ad arces;
 (Sic stet perpetuò vobis iam parta voluptas
 Incorrupta, ingens, immēsa, haud mobilis unquā,
 Et nulla minuenda die) me tollite in auras
 Sublimem; mihi me eripite, atq; exsoluite vinculis;
 Exutum (si fas) moribundos corporis artus:
 Ut positis leuis excuijs, facisque malignæ
 Purus in æterni penetralia ditia regis,
 Æthera trans liquidum cœliq; volubilis axes,
 Depositasque plagas melioris scandere Olympi
 Vobiscum, & valeā supremā euadere in aulam.
 Letitiae, ac veri radijs ardescere Phœbi,
 Vocales cithara qui temperat aetheris orbes.
 Cumque meo Vida, tristes quum liquerit annos
 Ille etiam tandem, secretum insistere collēt
 Pernasi ætherei, Musasque audire perennes,
 Eternum eterno celebrantes carmine regnum,
 Consenit triplici concors ubi Gratia nodo.

AD ILLVSTRISSIMVM
PRINCIPEM, AC REVEREN-
DISSIMVM PRÆSVLEM LEO-
DIENSIVM, DOMINVM GE-
rardum a Groisbeke, Ducem Bullonné-
sem, Marchionem Francimontensem,
Comitem Lossensem &c.

HÆc ego quæ raris cecini tentata poëtis,
Dū cithara Aonidas sub pia tēpla voco,
Te si audita iuuant, Rector notissime Musis,
Meque fauore sedet velle fauere tuo;
Lauds mihi magna, tibi nostros placuisse libellos:
Lauds mihi maior erit, me placuisse tibi.

M.HIE-



M. HIERONYMVS VIDA
 ALBÆ EPISCOPVS HONO-
 RATO IANIO VALENTINO
 SVO S. P. D.

VDIO Cremonæ amicorum
 opera ac diligentia, dum ab-
 sum, edita fuisse in publicū,
 in multaque exemplaria trā-
 scripta atque diuisa quædam
 poēmata, quæ ego proximis annis scripserā,
 de diuinis laudibus; quū eis ea viderer diu-
 ius, quām ex vsu esset, compressa habere.
 Mandauit familiaribus meis illic agentibus,
 ad te quām primūm duo volumina trāsmitt-
 ent: quorum alterum tibi haberet; alterū,
 nomine meo, dares Nicolao Nicolaio Gru-
 dio, nobili atque amabili viro; cuius aureo-
 lum epigramma nō modò libenter legi, sed
 etiā centies ex osculatus sum; eique me plu-
 timum debere sentio, quòd de me sibi igno-
 to homine amātissimè scripserit ea, quæ ma-
 gis alicui magno viro, omni laudis genere
 excellenti, quām mihi conuenire videntur.
 Quidquid id est tamē, totum eius amoriac
 benevolentię acceptum refero. Itidem quo-
 que facio de ijs quæ tu, Honorate ornatissi-
 me, de meis orationibus cumulatè scripsisti,

luculenta, dij mortales, atque eleganti epistola. nempe de me ipso, deque meis rebus, quæ ad ingenii maximè pertinent, non admodum libenter, aut loquor, aut scribo: nam tam ne ineptus videar; quam quod sciam, ea quæ ego scripsi non parum abesse ab optimis. Literæ autem illæ tuæ erant eiusmodi, ut totæ in me dilaudando occupatæ versarentur: qua quidem re, si tibi illico rescribere voluisssem, quum nullum aliud scribendi argumentum mihi tunc esset, opus erat aut de mea mediocritate plurima verba facere, præter meam consuetudinem; aut certè, quid laudum in eas meas orationes congesferas, in tuam illam epistolam regerere; easdemque quasi transferre. Consultò igitur abstinui; ne mutuum (ut aiunt) scabere videber: cæsioque ab hoc scriptioñis genere omnino temperandum esse. potius verò, quod alteruter de altero recte præclare' que sentit, totū id vtriusque amori accedat. Vale; curaque ut Nicolaio nostro etiam atque etiam carus siam. Albæ, Nonis Decemb. M. D. L.

EPI-

SECVNDVS.

135

EPIGRAMMA, DE QV O
IN PRÆPOSITA EPISTOLA
FUTI MENTIO.

Ad Eridanū, N. Nicolaïus Grudius. de
M. Hietonymo Vida Cremonense.

Eridane, aquoreas longè qui ducis ad undas
Centū amnes, merito & noīa regis habes,
Mænia quando tibi fas est spectare Cremonæ,
Eternūm sacrīs quā fluis vduis aquis,
Pro me magna mei venerans cunabula Vide,
Ipse, licet properes, hac mea vota refer:
State (precor) vestri dum stabunt Vatis honores,
Vicinusque eum Mincius inuidet.

I S N I C O



NICOLAVS GRYDIVS NL
ACIOLAIVS REVERENDO PA-
TRI M. HIERON YMO VIDÆ
Cremonensi, Albæ episcopo. S. P. D.



QVIDEM haud scio, Vida pater
optime, (sic enim te non vna de
causâ libes appellauerim) an gra-
tius mihi quidquam obtigerit in
omni vita, quam quod tibi, supremè seculi
nostri gloriæ, hoc est, poëtarum sine contro-
uersia principi, innotescere nuper ut cùque
datu est. Quo certè nomine Honorato la-
nio Valentino nostro, quem virum & ami-
citiæ, & probitatis, & amplitudinis gratia
nomino, haud mediocriter obstrictum me
profiteor; qui me literis tibi suis primus (vt
arbitror) mortalium commendarit; quo té-
pore Epigramma tibi meū transmisit: quod
olim ipse Christiade tua illa immortali sum
ma cum voluptate perfecta, Eridanū vide-
licet compellans exaraueram: quum obuer-
sarentur memoriæ meæ versus illi tui, quos
in extremo sexto legissem,

*Quarex fluiorum Eridanus se turbidus infert
Monia turrigeræ stringens male tuta Cremona,
Ut sibi iam tectis vix temperet unda caducis.
Tibi verò, quid non amplius? aut quid non
tan-*

tandem libentissimè debeam, pater optime,
qui affectus erga te mei qualicunque testi-
monio sic fueris delectatus, ut non satis ha-
bueris, rescriptis ad ipsum Honoratum, su-
perioribus Nonis Decembris, amantissimis
literis, illud ipsum epigramma meum (quod
aureolum etiam nominare dignatus es) non
modò libenter legisse te, atque etiā exoscu-
latum fuisse significasse; nisi hymnos insu-
per de laudibus diuinis tuos, id est diuinos,
ei ipsi Honorato mitteres, qui tuo nomine
ad me muneri deferrentur. Quos quidem
hymnos, quum mihi ad diem VIII. id. Au-
gusti hac ipsa in vrbe reddidisset Ioannes
Christophorus Caluetus Stella Barcinoné-
sis, vir egregiè doctus idemque probus, mi-
hi cum primis familiaris, &c (quod apud me
maximè valet) tui supra modum amans, nō
aliter sanè sum deueneratus (quod testificari
ille poterit) quam si Apollinem ipsum, ac
Musas omnes, totumque simul Helyconé,
hoc est, ipsum te hospitio exciperem. Quá-
topere porrò me illi ipsi hymni tui permo-
uerint, quum postridie, negotiorum caussa,
Louanium prefectus, itineris eos comites
mecum auctor, audiissimè legeré, (& qui-
dem Achille Statio docto planè iuuene, Lu-
sitano, tui item nominis studiosissimo, quē

propterea aduocaram, auscultante) testes nimirum tibi futuri sunt versiculi, in quos illico, tribus hymnis prioribus vixdū perfectis, calore quodam mirifico, maiore sanè quam assolet, stimulatus, aut abreptus potius, sic erupi, ut, nescio quo modo, miratibus amicis, ipse etiam admirans effuderim. Et nim, quando te epigramma neutquam respuisse meum video, his ipsis literis eos ut inuoluerem licere mihi sum arbitratus. Erit autem tuum, optime pater, pro admirabili ista humanitate, studiū meum atque animi benevolentiam summam complecti, si minus illi placebunt. Sed, o, felices, ac proprie inuidiosos nobis, si quibus & fruite coram, & sua tuo moderari arbitrio scripta conceditur. Quod quidem vtrumque, aut postremum certe, si quondam mihi cœli benignitate contigisset; ne ego profecto ad id quò tu nunc omnes vocas atque hortaris, promptissimè, & magna iam diu cum voluptate accinctus sponte mea fuissem; nempe res sacras ut celebrarem: simul etiam quæ pauca in eo genere meditatus fuissem, obelis iam pridem obiecisset tuis; qui vnu omnium iudicare cum rectissimè, atque iustissimè, rū etiam grauissimè, & singulari cum auctoritate possis. Sed illud quidem penè serum nunc

nunc est, & senescenti, & valetudinario: hoc
autem inter tā longo interuallo disiunctos
heri sat commodè, sāpe etiam tutò nequit.
nam de tua voluntate (adeò eam habere per-
spectam video) nihil quidquam addubito.
Hic vero (vt apud te non aliter quam apud
amantissimum mei patrem liberè querar)
paucissimi omnino sunt, (ac fortasse nemo)
inter eos quidē quos adhuc mihi nosse fa-
miliarius contigit, quibus, si qui forte exa-
ctius aliquid conemur, aut sanctius, in poë-
ticis presertim, cōmunicare satis utiliter no-
stra, & rerum omnium atque verborum pō-
dera examinare, tanquam ad statuēram, pos-
simus: vt tu profecto frustra illud nobis qui-
dem accinuisse monendo videare,

Interea fidos adit hanc securus amicos, "

Uique velint inimicum animū, frontisque seueræ "

Dura supercilie induere, & non parcere culpa; "

Hoc iterum atque iterum rogat. "

Que sanè res effecit, vt intra vulgares termi-
nos detenti, in leuioris ferè argumenti rebus
(de me ipso, deque duobus fratribus meis,
Adriano Mario, atque Ioanne Secundo lo-
quor) adhuc lusserimus: quorum hic quidē,
nisi ante quintum & vigesimum ætatis an-
num extinctus esset, poterat fortasse magnū
aliquid (vt mihi quidem & velle visus est,

& non indignum religione nostra aliquando præstare: nunc præter iuuenilia quedam, parum admodum seriæ rei post se reliquit: cuius operum an quidquā ad vos peruenit, equidem ignoro: nos tamen ab eius obitu nonnulla illius ante annos x.v. qua de Thomę Mori miseranda cæde scripsérat; reliqua verò ante annos omnino x. qualia erant, publicauimus omnia. Illius autem (Marium volo) et si non pauca neque inelegantia scripsit, nihil adhuc, præter unam de eius ipsius Secundi fratris immatura morte Næniā, prodijt. Ac ne ipse quidem, nisi coactus, quidquā ferè emittendum existimauit, memor illius tui,

*Non totum subito præceps secura per orbem
Carmina vulgabit. ab, ne sit gloria tanti,
Et dulcis fama quondam malefunda cupido.
At patiens operum semper, metuensque periclit
Exspectet.*

Quid: quod alioquin vterque nostrum, qui etiamnum supersunius, ita iam distinemur reip. curis atque negotijs, vt non videam, quid non modo elaborare, sed vel tentare omnino possimus, quod doctis ac religiosis hominibus facere possit satis. Tametsi quidem duo nos, in ludicris etiam illis, & leuisculis, que tulit adolescentia, ab obscenitate

tate ac turpitudine studiose vbiue atque
 anxiè temperauimus. Tibi enim vatum om-
 nium piorum parenti atque magistro ratio-
 nem ocij nostri atque instituti reddendam
 esse arbitror. Atque vtinam amor hic meus,
 & egregia aduersus te reuerentia tanti apud
 te sint, vt me vel trium verborum epistolio
 digneris: nihil erit quod ad cumulum mihi
 felicitatis plenissimæ queat accedere. Agit
 Romæ Laurétius Blioulius, vir bonus, ami-
 cus meus, rerum Belgicarum Cæsaris nomi-
 ne carator; qui has literas meas tibi reddi
 curauit, ad eū si quid remittere libebit, tutò
 ad me perfetetur per veredarios. Ut uterit,
 equidem gloriari nō desinam hoc nomine,
 quod tuus iam pridem factus sum; etiam si
 tui erga me animi nulla neque noua, neque
 maior significatio accesserit. Vale, pater op-
 time, atque ætatis nostræ summi decus.
 Bruxella Brabantiae, vii. Calend. Decem-
 bries. An. M. D. L. I.

N I-

NICOLAVS GRVDIVS NI-
COLAIVS REVERENDO P.A.
tri M. Hieronymo Vidæ Cremonensi,
Albae episcopo s. d.

SVPERIORIBVS annis, amplissi-
me Präful, animoque meo pater ló-
gè venerandissime, subillud tempus
ferè, quo tempore tumultuari cœptū est a-
pud Germanos in Carolum Imp. quum per-
lectis hymnis tuis illis diuinis, quos mihi
Honoratus Ianus Hispaniarum Principis
Caroli doctor a te miserat, accendi me adeò
non vulgariter sensillem, prope ut extra me
raptus in versiculos aliquam multos insoliti-
tum prouersus in modū erumperet; ausus sum
illos ad te cum epistola mittere: ut simul &
quantum cum omnes tibi lectores, tum ego
præcipue, deberemus, ingenuè faterer; si
mul etiam ut tanto viro, tamque pio, atque
vnico poëte (quem patris in loco mihi colé-
dum semper atque prædicandū sumpfissim)
nre ea ipsa ratione, et si antea commendatis-
simum, magis etiam, si fieri posset, commé-
darem. Quam epistolam Blioulius quidam
nostrâs, qui tunc Romæ viuebat, reddendā
tibi curauit. Neque verò tua dedita est
humanitas ad eam rescribere; si verum ille
postea

postea respondit, quum affirmaret fasciculū
 se quendam chartaceum tuum mihi inscri-
 ptum veredario commisisse. At ita proh do-
 tor, infelicitas tulit mea, belli ut illius nefas-
 tij calamitas huic quoque ad me insigniter
 peruerferit; eo nimirū ipso fasciculo ab im-
 pacatis illis Germanis intercepto atque de-
 perditō. Hoc ego de grauissimo mihi casu
 vrapud te (quod sāpe optauī) tutō quererer,
 idonea satis ad hunc diem oportunitas non
 fuit: quōd cui meas iſthuc literas ſecure da-
 re possem habuerim neminem. Cæterum
 cunte nunc in Italiā Auditore Luciano, di-
 ligētissimo homine, qui ſe tibi familia iter
 eſſe notum affirmaret; haud quaquam eſſe
 ferendū putauī, vt ad me non perueniſſe tua
 diutius ignorares: nō quo indignus ego ſim,
 illis quī careā, ſed quōd indigna fuerint illa
 que perirent. Tum etiam ne in ſuspicionem
 forte veniam tibi, quaſi diſſimulatōr accepti
 beneficij. Quoniam autem ex eo ipſo quod
 refūdere meis illis voluisti, colligere libet,
 bon penitus ingratum accidisse tibi officiū
 quale quale meū; non ſolū in eām erigor
 ſpem, has quoque ipsas literas te boni con-
 culturum eſſe; verūm etiam, audacior dicam
 an impudētior: factus, exomologefim à me
 carmine scriptam, ac ſine nominis mei ad-
 ſcriptione,

scriptione nuper nō planè seriò, sed vt libe-
 riora hominum iudicia intelligerem emif-
 sam, adiungere non dubitau: Videlicet, vt
 priusquā iterum, cū alijs nōnullis consimilis
 prope argumēti, que partim premo dū recō-
 cinnē, partim paro, partim mēte tantūm cō-
 cepta teneo, diuulgetur, acerrimam limam
 tuam subeat. Quām verò ingentis beneficij
 loco sim habiturus, si & manum illis admō-
 litus, censoriarum me tuarum facere certio-
 rem; & quę antea mihi rescripsisti, ea sum-
 matim rursus significare dignaberis, equidē
 difficile possū dicere: nam petere quidem
 suppudet, ne quid te grauem. Illud certe di-
 cam, (quod & constanter vbiue & luben-
 ter p̄æ me ferre soleo) me tuis elegatissimis
 pariter & sanctissimis scriptis, cum faciendi
 carminis audaciam, tum sincere pietatis stu-
 dium maxima sanè ex parte accepta ferre.
 His amplissime Præful, paterque mihi sem-
 per venerandissime, Deo opt. max. te, me
 verò precibus apud illū tuis etiā atque etiam
 humiliter cōmēdo. Bruxella Brabatię octa-
 uo Calend. Decembris. An. M. D. L. V. I.

